

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

FLAVII  
I O S E P H I  
O P E R V M T E R -  
T I V S T O -  
M V S  
\*

*De Bello Iudaico libros coninēs septem: Contra  
Apionem libros duos: ex Gracorum codicim.  
collatione per Sigismundum Gelenium castiga-  
tos: De Machabaeis fuit de Imperio rationis li-  
brum unū, à D. Erasmo Rotterodamo recognitū.*

*Indicem præterea materialium in toto ope-  
re contentarum locupletem.*



APVD SEB. GRY-  
PHIVM LV-  
O O GDVNUS  
1599

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

F. L. JOSEPHI  
 DE ANTIQVITATE  
 IUDÆORVM CONTRA  
*Apionem Alexandrinum,*  
*ad Epaphroditum,*  
*Liber I.*

Opera Sigismundi Gelenii restitutus.



V F F I C I E N T E R , ne  
 arbitror, et per libros An-  
 tiquitatum, optime uirorū  
 Epaphrodite, legētibus eos,  
 aperui de nostro genere Iu-  
 dæorum, quia ~~et~~ ueruissi-  
 mum est, ~~et~~ prima origine domesticā habuit.  
 Quinq; millium enim annorū numerū hiſlo-  
 riā continentē, ex nostris sacris libris Gra-  
 fētōne conscripsi. Quoniam uero mullos uideo,  
 respiciētes blasphemiam quorundā insanè pro-  
 latam: ~~et~~ ea qua à me de antiquitate conscri-  
pta sunt, non credentes: purantes mendaciū no-  
nstrū esse genus, eo q nulla memoria apud Gre-  
corum nobiles historiographos digni sunt ha-  
biti nostri maiores: pro omnibus his arbitrae-  
sum oporiere me breviter hac dicta cōscribere:  
Et derogatiū quidē, uesanū spontaneumq; in-  
crepare mendaciū, aliorū uero ignoranciā pari-  
ter emēdare: uniuersosq; de nostra antiquitate,  
qui

qui scilicet ueritatē amplē clūtūr, edocere. Ut  
autē in meis dictis testibus eis, qui de omni an-  
siquitate apud Gracos fide digni sunt iudican-  
di: eos autem qui blasphemē de nobis atq; falla-  
citer cōscriptere aliqua, per se metis pos cōnictos  
indubitanter ostendā. Conabor euā causas ex-  
ponere, propter quas non multi in Gracis histo-  
rijs gētis nostra fecere memoriam: nec nō et eos,  
qui de nobis scribere uoluerūt ne scientibus aut  
nescire simulāuibus indicabo. Primitus itaq; sa-  
cis admiror eos, qui existimare oportere de re-  
bus antiquis, Gracis eaneūmodo fidē habere, et  
ab eis consulendā esse ueritatis integratē: no-  
bis autē et alijs bonarib[us] nō esse credendum.  
Sed ego omnia in his contraria uideo cōsigisse.  
Quapropter dicit nō uarias opiniones inspice-  
re, sed ex ipsis rebus iusticiā ponderare. Omnia  
siquidē Gracorū noua, et heri (ut ita dicā) nu-  
perq; facta cognoui: hoc est fabrīcā ciuitatū et  
admissiones arcū cōscriptionesq; legū: cu-  
Etarumq; rerū junior apud eos ist historiæ dili-  
gentia conscribenda. Apud Aegyptios autē  
atq; Chaldeos, et Phenicos (definio enim nos  
illis cōnumerare) sicut ipsi suētur, res geste an-  
tiquissimā et permanēte habē memorię tra-  
ditionē. Nā et locis omnes inhabitāt, que ne-  
quequā acri corruptioni subiaceant: et multā  
prudentiā habuere, ut nihil horum que apud  
eos agnūnt sine memoria relinqueretur: sed in

publicis cōscriptionibus semper à viris sapiēsissimis dicerētur. Grecorū uero regionē innumera corruptiones invaserē, rerū memoriam delentes. Qui autē nouas cōfluentēs cōversationes, omniū se primos esse credidere, sciane quia etiā serō & uix naturā posuerē agnoscere literarū. Nam antiquissimū eārū usum habuisse creduntur à Phoenicibus, & à Cadmo se didicisse gloriantur: Sed neq; illo tempore poterit aliquis demonstrare seruata cōscriptionē, neq; in tēplis, neq; in publicis anathematib⁹: quādō etiā de Troianis rebus, ubi tot annis militatū est, postea multa quæstio atq; cōtentio facta est, utrū literis usi sint: & magis ueritas obtinuit, quod usus modernarū literarū illis fuisse incognitus. Cōstat autē, q̄ apud Gracos nulla inuenitur cōscriptio poēmate Homeri uetusſior: et hūc etiā post bello trojanis.

ad 9 Mi, id est Cadmus Milesius, & Acusilaus Arginus, & post hunc quicunq; aliū fuisse referūtur, paululū tempus Persarū cōtra Gracos expeditiōne præcessere. Sed et eos qui de cœlestibus ac diuinis primis apud Gracos sunt philosphati, id est, Pherecyde Syriū & Pythagorā, et Thaleiē, omnes cōcorditer cōficiuntur, ~~sc̄i~~ cōscriptio-

philosophi p̄imi rum  
graciorū

rūm ex Chaldeorū fuisse discipulos: ex breui-  
 ter conscripsisse, quæ à Gracis omniū antiquissi-  
 ma iudicātur, ita ut uix ea credant ab illis fuisse p̄ter  
 cōscripta. Quomodo ergo nō est irrationabile, ut  
 sali fūstu turgēante Graci, tanquā soli sciant ue-  
 sera, ex ueritatiē eorū exactè tradant: aut quis  
 nō ab ipsis cōscriptoribus facillimē discat, quod  
 neq; firmater scientes aliquid conscripsere, sed  
 quod unusquisq; opinatus est, hoc studuit expla-  
 nare. Unde etiā libris se inuicē arguit, ex ualde  
 cōtraria de rebus eisdē non piget eos dicere. Sed  
 ego uidebor me positoribus esse superfluus, si ex-  
 plinare noluero, quancis quidē locis Hellanicus  
 ab Acusilao de genealogijs discrepat, ex in  
 quantis Hesiodū corrigit Acusilaus, aut quo-  
 modo Ephorus quidem Hellanicum in plurimis  
 ostendit esse mendacem, Ephorū uero Timaeus,  
 Timaeū qui post illum fuere, Herodotū uero cu-  
 eti: sed neq; de Siculis cū Antiocho ex Phili-  
 sto aut Callia Timaeus concordare dignatus est:  
 deq; rursus de Atticis hi q; Athidas cōscri-  
 pserūt: aut de Argolicis q; de Argis historiam  
 proculere, alterueros consecuti sunt. Et qd opor-  
 tet dicere de cīnitatisbus breuibusq; rebus, qn de  
 militia Persica, ex his que in ea sunt gesta, tan-  
 cum uiri probatissimi discordasse noscuntur? In  
 multis autē etiā Thucydides tanquā fallax accu-  
 sauit, lices scrupulosismā sui ēporis historiam  
 conscripsisse uideatur. Causa uero huius dīssō-

nantia multa forsitan & alia querere uolenti-  
 bus apparetur. Ego vero duabus quas diflu-  
 rups sum, maximam huius uim diversitatis scri-  
 ptorum. Et quidem primū dico eam que mihi pro-  
 prior esse uidetur: id est, eo qd ab initio non fuerit  
 studio studium apud Gracos, publicas de his que sem-  
 per aguntur proferre conscriptiones. Hoc etenim  
 principiū & errorem & potestate mentiendi  
 postleris, uetus aliquid uolentibus scriptitare,  
 concessit. Non enim solummodo apud alios Gre-  
 cos publica conscriptio est neglecta: sed neq; a-  
 pud ipsos Athenienses, quos terrigenas esse di-  
 cunt, disciplinaq; culores, aliquid huiusmodi  
 reperitur. Sed publicarū literarū antiquissimas  
 esse dicū leges, quae à Dracone eis de supplicijs  
 sunt conscripta, modicū ante tempus tyrannidis  
 Pisistrati. De Arcadibus autem in antiquita-  
 te gloriabantibus, quid oportet dici? uix enim isti  
 & postea literis cruditi sunt. Cum ergo conscri-  
 pto nulla præponeretur, que & discere uoletes  
 doceret, & metuentes argueret, multa inter con-  
 scriptores discordia nata est: quoniam qui ad scri-  
 bendum se præparabant, non studium ueritatis  
 exhibuerunt, liceat hac promissio semper habeat-  
 tur in promptu: sed uerborū magis habere pro-  
 lationem maximam. Et quemadmodum lan-  
 dari se in hoc super alios estimarent, ad hoc  
 potius semelipsos aptabant. Aliqui uero ad  
 fabulas sunt conuersi: aliqui autem ad grasiām  
 aut

aut ciuitates laudantes aut reges: alijs semetipso  
 ad accusandas causas aut conscriptores tradi-  
 dere: in hoc se fore probabiles estimantes, et  
 omnino hoc agentes, quod historia nimis aduer-  
 sum est. Vera siquidē historia indicium est, si de  
cisdem rebus omnes eadē dicant atq; conscri-  
bant: hi uero cum quedam aliter conscriberent  
quam alijs, tunc se putabane omnium ueraciores  
ostendi. Quapropter causa quidem uerborū et  
calliditatis eorū, cedere nos Gracis oportet: non  
autem de antiqua historia ueritate, et maxime  
de rebus propriæ unius cuiusq; prouincia. Quo-  
niam igitur apud Aegyptios et Babylonios, ex  
longissimis olim temporibus circa conscriptiones  
diligentia fuit, quando sacerdosibus erat iniun-  
 ctum, et circa eas ipsi philosophabantur: Chal-  
dai uero apud Babylonios: et quia præcipue  
Gracis immixti, usi sunt Phœnices lucris, circa  
dispensationes uita, et publicorū operum tradi-  
tionē, dum cōsentiant omnes tacendū hoc puto.  
De nostris uero progenitoribus, q; candē quam  
predicli habuerūt in conscriptionibus soliciu-  
dinē (desino dicere, etiam potiorē) p̄cificib⁹  
et prophetis hoc imperātes; et quia usq; ad no-  
stra tempora cum multa integritate seruatū est, et  
si oportet audientius dicere, etiam seruabitur, co-  
mabor breviter edocere. Non enim solimodo ab  
initio probatissimos viros, et in Dei placatione  
prparatos, ad hac exercenda constituerunt: sed

quatenus etiam genus sacerdotum sine permis-  
 sione perumq; consistet, prouiderūt. Oportet  
enim cum qui sacerdotiū habenturus est, ex eius-  
dem genit nasci muliere: et neq; ad pecunias,  
neq; ad honores inspicere. Et genue per antiquā  
lineam et muleis testibus approbare. Quod sci-  
llice agimus noī solū in ipsa Iudea, sed ubiqunq;  
nostrī generis constitutio reperitur, etiā ibi inse-  
 gritas ista sernatur circa nuptias sacerdotū: hoc  
est, in Aegypto et Babylonia, et quocunq; ter-  
 rariū orbe quilibet de sacerdotū genere sunt di-  
 spersi. Mittūt enim in Hierosolymā conscribētes  
 à patre nomē nupta, et antiquorū progenitorū,  
 quicunq; bnius rei testimonia prebuerit. Si an-  
 tem bella proueniant, sicut iam crebro factū est,  
 dum Antiochus Epiphanes ad nostrā uenisset  
 regionē, et Pompeius Magnus, et Quintilius  
 Varus, et pricipiū nostris gesta temporibus, tunc  
 hi qui de sacerdotibus supersunt, ex antiquis li-  
 teris iterū nonas conficiunt, et probat mulieres,  
 qua relinquuntur. Non enim ad capias acce-  
 dunt, alienigenarū consortia formudantes. Indi-  
 cium uero integratatis hoc maximum est: quia  
 pontifices apud nos à duobus milibus annis de-  
 nominati filii à patre conscripti sunt. His autem  
 qui predicti sunt, si quid prevaricetur, incendi-  
 citur ne uel ad aleare accedat, uel alia sanctifi-  
 catione fungatur. Recte siquidē, potius autē ne-  
 cessariē, cūm neq; conscribēdi potestas omnibus  
 data.

data, neq; illa sit in descriptione discordia: sed  
solummodo prophetis antiquissima quidē ex ue-  
serrima secūdum inspirationē factam à Deo co-  
gnoscētibus, alia uero suorū temporū sicuti sunt  
facta palām conscribeneibus, infiniti libri non  
sunt apud nos discordātes ex sibim̄ repugnan-  
tes: sed solummodo duo ex uiginti libri, habētes  
temporis totius conscriptionē: quorū iustē fides  
admitiuntur. Horū ergo quinq; quidē sunt Mo-  
seos, qui natiuitates cōtinente, ex humana gene-  
rationis traditionē habent usq; ad eius mortem:  
hoc tēpus de tribus milibus annis paululū mi-  
nus est. A morte uero Moseos usq; ad Ari-  
xerxem Persarū regē, qui fuit post Xerxem, pro-  
pheta suorū temporū res gestas conscripserūt in  
tredecim libris. Reliqui uero quatinor, hymnos in  
Deum, ex uita humana praecepta uocētūr con-  
simere. Ab Ariaxerxe uero usq; ad nostrum  
tempus singula quidē conscripea, nō tamē priori  
sumili fide sunt habita, eo quod non fuerit certa  
successio prophetarū. Palam namq; est ipsis ope-  
ribus quemadmodum nos propriis literis credi-  
mūs: itē namq; seculo iam prescrito neq; adij-  
cere quicquam aliquis, nec auferre nec irāfor-  
mare prāsumpsu. Omnibus enim inscriū est mox  
ex prima generatione Indais, hac diuina do-  
gma ta nominare, ex in his utiq; permanere: ex  
propecrea, si oporeat, mori libener. Iam itaq;  
multi captiuitatis frequenter tormentis affecti

Sunt, & morres narias in theatris sublinnere, ne  
 ullum uerbū contra leges admittirent, aut conscrip-  
 tiones suitas violarent. Quis Gracorū alii-  
 quid tale perpeccus est? quādō neq; forenicam su-  
 finere lesionē noluit: licet omnia apud eos scri-  
 pta destruantur. Verba enim hac esse puerā se-  
 cundū consribentū uolūtates exposua. Et hoc  
 iustè etiam de antiquis sapiente, quoniam aliquos  
 nunc quoq; uidet presumētes de his rebus con-  
 scribere, quibus neq; ipsi interfuerere, neq; crede-  
 re scientibus acquiescunt. Denique de bello  
 quod apud nos cōtigit nuper, quidam historias  
 consribentes ediderūt: cum neq; ad ea loca ne-  
 nerint, neq; in proximo rerū gestarum fuerint:  
 sed ex audiē quadam pauca cōponentes, impun-  
 denter semetipsoſ uidentur historia nomine ia-  
 ditare. Ego uero & de omni bello, & qua ibi  
 particulariter gesta sunt, ueram descriptionem  
 feci: cum ipse rebus omnibus interfuerim. Dux  
 etenim apud nos Galilaorū eram, donec fuit de-  
 fendendi facultas. Cōtigit autē ut caperet à Ro-  
 manis: & habentes me Vespasianus & Titus  
 in custodia, uniuersa semper inspicere faciebant,  
 primò quidem uinctum, postea uero solitus cū  
 Tito ab Alexandria propter obſessionem Hiero-  
 resolymorum directus sum. Eo tempore nihil  
 est gestum, quod meam potuisse latere notiam.  
 Nam uidens Romanorum exercitum, uniuersa  
 cum diligēcia describebam. Et ea quenun-  
 cia

ciabantur ab his qui semetipso tradebant, ego  
solus integrum intelligens disponebam. Deinde  
Roma tempus uacationis habens, omni iam ne-  
gocio preparato usus aliquibus cooperanteibus  
michi prope et eloquentiam Græcam rerum eru-  
ditionem exhibui. Tantaq; mihi securitas af-  
fuit ueritatis, ue primos omnium imperatores  
belli Vespasianum & Titum testes non expa-  
uescerem. Primum namque illis obituli libros, &  
post illos muleis quidem Romanorum qui bel-  
lis interfuerunt plurimis uero nosterorum etiam  
eos uenutum dedi, qui Græca eruditione vide-  
bantur imbuiri, quorum est Julius Archelaus,  
Herodes honestissimus, & ipse admirabilis rex  
Agrippa. Iste siquidem uniuersi testimonium  
perhibuere, quod ueritatem diligenter excoluis:  
non disimulaturi si quid gestorum per igno-  
ranciam aut per gratiam comitasse, aut prater-  
mississe. Quidā uero prauī homines derogare  
mea historie sunt cognati, tanquam in scholis  
adulcentiū themata exercētes, & accusationis  
insperatae atque detractionis facientes opus: cū  
oporeat illud sciri, quod cōuenit promiscueem  
alijs rerū ueraciū traditionem, ipsum prius hac  
nosse certissimè, aut rebus gestis adhārendo, aut  
ab sciētibus cōsulendo. Quod ego præcipue cir-  
ca uerunq; me credo fecisse opus. Antiquitatis  
nāq; libros (sicne dixi) ex uoluminibus sacris  
interpretaria sum, cū essem genere sacerdos &  
parisi

participarem illarū sapientiam literarū. Hislo-  
 tiam uero belli conscripsi, mularū quidē actio-  
 num ipse operator, plurimarum uero inspecto-  
 r existens: & omnino eorum qua dicta uel gesta  
 sunt, nihil ignorans. Quomodo ergo nō procaces  
 quilibet existimabit eos, qui aduersum me ni-  
 tantur de ueritate cōtendere? Qui licet impera-  
 torū commētarios legisse dicuntur, non tamē no-  
 strorū repugnātiū rebus interfuerē. De his re-  
 bus itaq; necessariam feci digressionē, significare  
 uolens facultatē eorū, quā historiā scribere pro-  
 mutū. Et sufficiēter, sicuti reor, declarauī, quod  
conscriptio rerū apud Barbaros potius solēnior,  
quam apud Gracos est. Volo autē paululū prius  
 disputare aduersus eos, qui cōcēdunt, nouellam  
 esse nostram conuersationē, eo quod nihil de no-  
 bis, ne aiunt illi, dictū sit à conscriptoribus Gre-  
 cis: Deinde testimonia antiquitatis ex aliorū li-  
 teris exhibeo: & eos qui nostrū blasphemare  
 genus, nulla ratione blasphemare mōstrabo. Nos  
 igitur neq; regionē maritimam habitamus, neq;  
 mercimonij gaudemus, neq; per hoc aleururis  
 peregrinationibus fatigamur. Sed nostre ciuita-  
 tes procul à mari sitae sunt: regionemq; uberti-  
 tam possidentes, in ea assidue laboramus, pre-  
 cipue circa filiorū nutrimenta studētes, legumq;  
 custodiā, & traditionem pietatis, totius opus  
 uite necessarium indicamus. Cūm accedat igitur  
 his qua predicta sunt, etiam uinendi ratio pro-  
 pria,

pria, nihil fuit antiquis temporibus quod saceret  
nobis commercium Gracorum: sicut Aegyptijs  
mercimonia, qua ab eis exportantur, & ad eos  
rursus importantur: itemq; habitatoribus Phœ-  
niciae maritima, studetibus circa contractus, atq;  
negotia amore pecunia requisita. Sed neq; circa  
latrocinia sicut quidam alij uacanere, aut amplius  
habere cōcupiscentes patres nostri ad bella con-  
uersi sunt, licet regio nostra multa milia viro-  
rum fortium possideret. Phœnices ergo propter  
negotiationē ad Gracorum proniciam nauigan-  
tes, repente sunt agniti, & per illos Aegyptijs,  
& omnes a quibus ad Gracos onera deueniebat,  
immensa maria proscindentes. Medi uero postea  
atq; Persa palam in Asia regnauerūt, & usq;  
ad alterā continentē Persa militauerunt: Thra-  
ces autem propter uicinitatē. & Scytha ab his  
qui Pontum nauiganti, cogniti sunt: & omnino  
universi iuxta mare uel orientale uel hesperium  
habitantes, aliquid conscribere uolentibus co-  
gniti facti sunt. Qui uero superius habitabante,  
& procul à mari, mules sunt temporibus igno-  
rati. Et hoc apparet etiam circa Europā conti-  
gisse: quando de Romanorū ciuitate tam longo  
tempore adepti potestate, iustaq; bella confi-  
ciente, neq; Herodotus, neq; Thucydides, nec ul-  
lus qui fuit cum istis, fecit aliquā mentionem:  
sed sero tādem & uix ad Gracos potuisse eorum  
uenire notitia. De Gallis enim & Hispanis sic  
igno

p<sup>r</sup> 27 ignoranere hi, qui putatur diligētissimi conscri-  
 ptores, quorū est Ephorus, ut nā ciuitatem esse  
 arbitrarentur Iberos, qui tanta partē occiden-  
 talis terra noscūtur inhabitare. Et mores eorū  
 qui neq; sunt apud eos, neq; dicuntur, referuntur.  
 Causa uero ignorācie ucritaiis est, quod procul  
 abessent: ut autē falsa cōsriberent, quod uellens  
 uideri aliquid amplius quā alijs reuulisse. Quo-  
 modo ergo mirari decet, si neq; nostra gens plu-  
 rimis erat nota, neq; ad scribendū de se aliquā  
 dedit occasiōne, & ita disibit a procul à mari, &  
 talibus instieuis uiuens? Pone igitur nos argu-  
 mento uelue Gracorū, quod nō sūt genio co-  
 rum antiquū, eo quod nihil in nostris uoluminī-  
 bus de eis sit dictum: nōnne omnino deridebunt  
 causas huiusmodi à me prolatas, & testes nici-  
 me regionis adducēt antiquitatēs suae? Igēntur &  
 ego hoc conabor efficere. Aegyptiis enim &  
 Phoenicibus precipue testimoniis near, cum nullus  
 eorū posuerit tanquā falsum accusare testimoniū.  
 Et uidentur maximē erga nos iniqui in  
 cōnuī quidē omnes Aegypti, Phoenicū uero  
 Tyrū. De Chaldeis autē nequaquam hoc dicere  
 potero, quoniam & generis nostri principes con-  
 stituti sunt, & proprie cognationem in conscri-  
 pionibus suis meminere Indeorū, Cū uero fidē  
 de his prebuerō, & blasphemias falsas ostende-  
 ro, tunc etiā Gracorū conscriptores memorabo,  
 qui Indeorū fecere mentionē; ut neq; huiusmodi

occasio relinquatur in Iudeis nobis facie de con-  
 cessionis. Inchoabo autem primū à literis Aegy-  
 ptiorum, quas nō arbitrantur cōmendare que  
 nostra sunt. Mānethon itaq; genere vir Aegy-  
 ptius, Graeca disciplina eruditus, sicuti palam est  
 (scripsit enim sermone Graco) paterna religio-  
 nis historiā ex sacris (sicuti ait ipse) interpreta-  
 tus libris, frequenter arguit Hierodotum, in Ae-  
 gyptiacis ignoratione menitū. Is Mānethon in  
 secundo Aegyptiacorum hec de nobis scripsit.  
 Ponam uero etiam verba eius, tanquam illum  
 ipsum adducens testem. Fuit nobis rex Timaeus  
 nomine, sub hoc noscio quomodo Deus iratus  
 fuit, & praeer spem ex partibus orientalibus  
 homines, genere ignobiles, ad eis fiducia in pro-  
 vincia castrametati sunt. Et facile ac sine bello  
 eam potenterq; ceperunt: & principes eius alle-  
 ganter, de cetero ciuitates crudeliter incendere:  
 & deorum templa euersere. Erga omnes uero  
 provinciales inimicissimè se gesserunt, alios qui-  
 dem perimenes, aliorum uero & filios & con-  
 iuges in scrutinem redigentes: nonissime uero  
 & unū ex se fecere rege, cui nomen Salis. Hic  
 in Memphis uenies, superiore inferioreq; pro-  
 vincia tribuaria facta: praesidia relinquens op-  
 posuisse locis, maximè partes munitae oriente-  
 sales, prospiciens quod Assyrii aliquāto poten-  
 tiores, crās desideratū regnū eius invadere. In-  
 ueniens quem in prefectura Saitē ciuitatem  
Māne  
L. 50.  
oppor

opportunissimā, posuit ad orientē Bubastis fluminis, qua appellabatur à quadā antiqua ethiologia Auaris, hāc fabricatus est, & muris maximis cōmminis, collocans ibi multitudinē armatorū, usq; ad ducenta quadraginta milia uirorū eam custodientium. Hic autē mesis ī tempore ueniebat, tam ut frumenta meteret, & mercedes exoluere, q; ut armatos ad terrorē extraneorum diligēter exercitaret. Qui cūm regnasset decennōne annis, uita priuatus est. Post hunc autē regnauit alter quatuor & quadraginta annis, Baon nomine. Post quem aliis Apachnae, sex & triginta annis, & mensibus septem. Deinde Apochis, unū et sexaginta et Ianias quinquaginta, & mēse uno. Post omnes autē Aſis nonū et quadraginta, & mēsibus duobus. Et iſi quidē sex apud eos fuere primi reges, debellantes semper, & maxime Aegypti radicē amputare cupientes. Vocabat autē gens eorū Hycos, hoc est, reges pastores. Hyc enim secundum sacram linguā, regē significat: Sos uero pastorem sine pastores, secundum communē dialectum: ex ita compositū inuenitur Hycos: quidā uero dicunt eos Arabas esse. In alijs autē exemplaribus nō reges significari cōperi per appellationē Hyc, sed ē diuerso capiōs declarari pastores. Hyc enim Aegyptiaca lingua, & hac quādo dēſo ſono proſerunt, capiōs aperiē significat: ex hoc potius uerisimile mihi uidetur, & hiſtoria antiqua

isque cōueniens. Has ergo quos pradiximus reges, & eos qui pastores vocabantur, & qui ex eis fuere, obelinisse Aegyptū ait annis undecim et quingētiis. Post hac autē regū Thebaidis et Aegypti reliqua factā dicit sup̄ pastores invasionē, & bellū maximū ex diuinū eis illātū. Sub rege uero cui nōmē erat Alisfragmu-  
thosis, nictos dicit pastores. & alia quidē uni-  
uersam Aegyptū perdidisse: inclusos autem in  
locū habētē mensurā iugerū decē milii, cuius loco  
nōmē est Auaris. Hūc Manethō dicit omnē ma-  
ximo muro atq; rubustissimo circundēdisse pa-  
stores, quatenus et omnē possessionē munitā ha-  
berent, simul et prādā suā. Filiū uero Alisfrag-  
muthoseos Themosin conatū eos si expugna-  
re, cū quadringētis octoginta milibus armatorū  
eorū muros obsedisse. Cū uero obsidiū desperas-  
set, pacta cū eis fecisse, ut Aegyptū relinquer-  
es, quō uellent innoxij omnes abirent. Illos uer-  
ò his prōmissionibus imperatis, cū omni domo  
& possessionibus non minus ducentia quadra-  
ginta milia numero, ex Aegypto per deserū  
in Syriā iter egisse: & metuētes Assyriorū po-  
tētia (tunc enim illi Asia obtinebāt) in terra  
qua nunc Iudea uocatur, ciuitatē adificasse,  
qua tot milibus hominū sufficere posset, eamq;  
Hierosolymam uocitasse. In alio uero quodā li-  
bro Aegyptiacorum Mancion hanc ipsam  
gentem, id est, qui uocitabantur pastores, in sa-

cris suorum libris captiuos ascriptos rectissime  
 dixit. Nam antiquis progenitoribus nostris pa-  
 seere mos erat: Et pascuale habentes uitam, no-  
 cabantur ita pastores. Sed et captivi non remere  
 ab Aegyptiis dicti sunt: quoniam progenitor no-  
 strus Joseph dixit ad regem Aegyptiorum, se esse  
 captivum: Et fratres in Aegyptum posterius con-  
 cauit, rege precipiente. Sed de his quidem in alijs  
 examinatione subtilius faciemus. Nunc autem  
 huius antiquitatis producam testes Aegyptios,  
 sursumque quomodo se habet herba Manetho-  
 nis circa ordinem temporum aperte describam: sic  
 enim ait: Postquam egressus est ex Aegypto  
 populus pastorum Hierosolymam, expulsor eorum  
 rex Themosis regnauit post haec annis viginti-  
 quinq; Et mensibus quatuor, et defunctus est.  
 Assumpsit regnum filius Chebron annis trede-  
 cim. Post quem Amenophis viginti et mensi-  
 bus septem, huius autem soror Amesses annis vi-  
 gintiuno, et mensibus nouem. Memphis autem  
 duodecim, et menses nouem. Mephranohis  
 viginti quinq;, et menses decem. Themosis au-  
 tem nonem, et mensibus octo. Amenophis ne-  
 rò triginta, et mensibus decem. Orus uero tri-  
 ginta sex, et mensibus quinq;. Huius autem filia  
 Acencheres, duodecim, et mense uno. Ratho-  
 eis uero frater nonem, Acencheres autem duo-  
 decim, menses quinq;. Acencheres alioz duo-  
 decim, et mensibus tribus. Armais uero qua-  
 tuor,

emor, ex mense uno. Armesis autem uno, ex mē-  
 sisibus quatuor. Armeses misam in uero sexaginta  
 sex, ex mensibus duobus. A menophis nouem-  
 decim, ex mensibus sex. Seihosis autem equestris  
 ex nauales copias habens, fratrem quidem Ar-  
 main procuratore Aegypti constituit, ex omnem  
 ei aliis regalibus consulit potestuē, tamenmodo  
 autem diadema uiri prohibuit, ex ne reginam  
 matrem liberorum opprimeret imperauit, et ut  
 abstineret etiam ab alijs regalibus concubinis.  
 Ipse uero ad Cyprum ex Phoenicen, ex rursus  
 contra Assyrios atq; Medos castramentatus,  
 uniuersos quidem, alios ferro, alios sine bello ter-  
 rore magne uirtutis sibi met subiugauit. his ue-  
 ro felicitatibus eleuatus cōfidentius incedebat,  
 orientales urbes ac prouincias subuertiōdo, mul-  
 toq; tempore procedente Armais, qui in Aegy-  
 ptio fuerat derelictus, omnia contra quam frater  
 agere monuerat, sine timore faciebat. Nam ex  
 reginā uolenter abiecit, ex alijs cōcubinis sine  
 parcitate iugiter misceretur: persuasusq; ab  
 amicis ex diadema ueebatur, ex fratri rebel-  
 labat. Is uero qui constiuenit erat super sacra  
 Aegyptia, codicillos Seihosi misit, cūcta signe-  
 ficās, et qui a rebellaret ei suus frater Armais.  
 Qui repente ad Pelusium deUinauit, ex propriū  
 tenore regnū. Prouincia uero uocata est ex eius  
 nomine Aegyptus. Dicit enim q; Seihosis  
 Aegyptus uocabatur, Armais autem frater ei⁹

Danaus. Hac quidē Manethon. Palā uero est,  
 ex predictis annis tēpore cōpūato, quod qui no-  
 cabantur pastores, id est, nostri progenitores, ex  
 Aegypto liberari, anee tres et nonaginta aq;  
 trecentos annos hāc pūnciā inhabitauere, quā  
 Danaus ad Argos accederet: licet hunc anei-  
 quisimū Argini esse cōfidant. Duas igitur res  
 Manethon maximas pro nobis Aegyptijs li-  
 teris protestatus est primā quidē, quia aliunde  
 nenerunt ad Aegyptū: dein egressum eorum  
 exinde, ita tēporib<sup>2</sup> antiquissimū, ut penē mille  
 annis bellū precedat Iliacū. Ea uero que Ma-  
 nethon non ex Aegyptijs literis, sed (sicut ipse  
 confessus est) ex fabulis quorundā sine nomine,  
 abiecit, postea particulariter redarguā, ostendēs  
 ea sine uerisimilitudine esse mendacia. Sed uolo  
 ab istis rursus migrare ad ea, que apud Phœ-  
 nicas de nostro genere cōscripta sunt, & corum  
 testimonia declarata. Sunt itaq; apud Tyrios  
 mulierū annorū publica litera, & cōscriptiones  
 diligenter custodita, ex his que apud eos fa-  
 cta & inuicem gesta noscuntur, que tamē me-  
 moria digna sunt. Inter hāc ergo conscriptum  
 est, quia in Hierosolymis adificatū est acutum  
 à Salomone rege, ante annos centū quadragin-  
 tares, & menses octo, quā Tyrijs Carthaginem  
 cōdidere. Descripta uera est apud illos cōstru-  
 ctio tēpli nostri. Hiramus enim Tyriorum rex  
 erat regis nostri Salomonis, paternus  
amic

amicitij ei deuinctus. Is ergo munificentiam suā exhibens ad claritatē fabricā, prabuit Salomonī auri quidē aiginti et ceterum talenta: incidensq; pulcherrimā syluā in monte, qui Libanus nuncupatur, ad cameram destinauit ei. Quē redonauit Salomon et alijs multis rebus, et terra Galilae regionis, quæ Zabulon vocatur. Precipue autē ei amicitiam sapientie concupiscētia cōciliauit. Problemata enim soluēda alerueris dirigebant, et melior in his Salomon erat, et in alijs sapientior apparebat. Hactenus uero seruātur apud Tyrios epistola multa, quas illi scripsere ad iuvicē. Quod autē non singā de Tyriorū literis, eestim producā Diū qui in Phœnicum historiā integrissimus approbatius est. Is igitur in Phœnicij historijs hoc modo scribit.

Abibalo moriente, filius eius Hiramus regnauit. Hic pars orientalis ciuitates ampliavit, urbē potiore fecit: et Olympij Iouis templū, quod in insula sicutum erat, iactis aggeribus urbi adiunxit. Et aureis anathematibus exornauit. Ascendēs autē in Libanum, sylvas incidit ad templorū edificationem. Regem uero Hierosolymorū Salomonē misisse dicunt ad Hiramū quadam enigmata. Et poposcisse ab eo, adiecto ut qui non posset discernere, pecuniā soluenti per solueret: confessumq; Hiramū, non se posse solvere propositas quæstiones mulieris pecunij multitudinum. Deinde Abdomonum quēdā, uirum

Tyrium, propositas soluisse quæstiones: ipsumq;  
alios proposuisse, quas si non solueret Salomon,  
multas rursus pecunias Hiramo regi conferret.

*A proposito* *de Hiramo* *et Templo*  
 Diu igitur hoc modo de predictis testimoniis  
 perhibuit nobis. Sed post huc producā Me-  
 uandrū quoq; Ephesium. Is enim singulorū re-  
 gum altus cōscripsit apud Gracos & Barba-  
 ros, studens ex provincialibus uniuscuiusq; loci  
 literis, historiae ueritatem pandere. Scribens enim  
 de his qui in Tyro regnauere, & deinde uenies  
 ad Hiramū regē, sic ait: Moriente uero Abi-  
 balo, successit in eius regno filius eius Hiramus,  
 qui uixit annis trigintaquatuor. Hic aggere co-  
 sunxit Eurychorū, aureamq; ibi columnā Iouis  
 in templo reposuit: & ad sylvā lignorū profe-  
 catus, abscedit de mōte qui Libanus appellatur,  
 ligna cedrina ad tegmina facienda templorū.  
 Demolitusq; antiqua delubra, noua templa adi-  
 ficauit. Herculi q; & Astartes fana dedica-  
 uit, Herculis primū exstructo mēse Peritio, de-  
 inde Astartes: quando castra monit aduersus  
 Tityos, munime tributa reddentes: quos etiā sub  
 dēs sibimet, denuo remeanit. Sub hoc fuit Ab-  
 dominus puer iuuenus, qui semper parabolas sol-  
 uebat, quas Salomon Hierosolymorū rex desti-  
 nabat. Supputatur uero tēpua ab hoc rege usq;  
 ad cōstructionē Carthaginis, hoc modo: Morie-  
 te Hiramo successit in eius regno Beleastarens  
 filius, qui cum uixisset annis quadragintaetri-  
 bus,

bas, septem regnauit annis. Post hunc Abdus  
 stans filius cum uixisset annis uiginti, regna-  
 uit nouem. Hunc filij nutricis eius quatuor in-  
 fidys peremere: quorum senior regnauit annos  
 xii. Post quos Astareus filius Bileastarii  
 regnauit. Qui cum uixisset annis quadraginta-  
 quatuor, regnauit annis duodecim. Post huc fra-  
 ter eius Astarimus: et hic uixit annis qua-  
 tuor et quinquaginta, regnauit annis nouem,  
 et peremptus est a fratre Phellete: qui suscipiens  
 regnum, mensibus imperauit octo, cum uixisset an-  
 nis quinquaginta. Huc peremptus Ichobalus Ast-  
 ariae sacerdos: qui cum uixisset annis sexaginta-  
 octo, regnauit annis trigintaduobus. Huic suc-  
 cessui Badezorus filius: qui cum uixisset annis  
 xlv. regnauit sex. Huic successor factus est  
 Mellinus filius: qui cum uixisset trigintaduobus,  
 nouem regnauit annis. Huic successor fuit Pyg-  
 malion, qui annos egit in sua uita quinquagin-  
 tasex, ex quib⁹ xl. cenuit principatū, huius re-  
 gni anno septimo, soror Dido in Africa ciu-  
 itate adificauit Carthaginem. Itaq; coll. git tēpus  
 à regno Hirami usq; ad adificationē Carthagini-  
 sis, annorū clv. et mēsiū vxi. Cū uero duo-  
 decimo anno huius regni, in Hierosolymis adi-  
 ficiatū suū tēplū, sit ab adificatione tēpli usq; ad  
 cōstructionē Carthaginis tēp⁹ annorū cxlii.  
 mēsiū vxi. Testimonio siquidē Phoenicū qd  
 amplius oportet apponi? Cernitur ipsa ueritatis

fortiter approbata: ex multo clarius apparet,  
quoniā praeedit constructionē templi progeni-  
torū nostrorū ad provinciā hanc aduenitus. Cū  
enim eā uniuersam bello tenuissent, iūm demū  
templū edificare cōpere: ex hac aperie ex liter-  
is sacris etiā à me in Antiquitatem manifesta-  
ta sunt. Nunc itaq; sunt dicenda ea, quae apud  
Chaldeos noscuntur esse conscripta. Ex de nobis  
in historia sunt relata. Quae multiā habent con-  
cordiā cū nostris uoluminibus, etiā de alijs re-  
bus. Testis autē horum est Berosus, vir genere  
qdē Chaldeus, notus autē eis, qui doctrina erudi-  
tioniq; congaudet: quoniā de astronomia ex  
de Chaldeorū philosophia ipse Gracas conscrip-  
tiones edidit. Igitur Berosus antiquissimas se-  
centus historias, de facto diluuio, ex hominū in  
eo corruptione, sicuti Moses, ita cōscripsit: simul  
et de arca, in qua generis nostri princeps serua-  
tus est, deuicta scilicet ea in summitate montium  
Armeniorum. Deinde scribēs eos qui ex Noë  
progeniti sunt, ex cōpus eorū adjiciēs, usq; ad Na-  
bulassarū peruenit, Babyloniorū ex Chaldeorū  
regē. et hui⁹ actiōes exponēs, narrat: quē admo-  
du musit in Aegyptū ex ad nostrā terrā filii  
suū Nabuchodonosorē cum mula potētia: qui  
dum rebellantes eos innenisset, omnes suo sub-  
iectit imperio: ex templū in Hierosolymis cō-  
ceremans: cunctumq; generis nostri populū  
ausferens, migravit in Babylonem. Vnde cimi-  
tatem

eatem contigit desolari annis L X X. usq; ad Cy  
 rum regem Persarū. Dicit autē quod tenuer-  
 it Babylonius Aegyptum, Syriam, Phoeni-  
 ciam, Arabiam, universos priores Chaldeorū  
 & Babyloniorum reges exactiōnibus suis ex-  
 cellens. Ipsa uero uerba, qua Berosus protulit,  
 hoc modo dicta, necessario proferēda sunt. An  
 dito autem pater eius Nabulassarus, quod sa-  
 irapa constituit in Aegypto & Syria infe-  
 riore & Phoenicia rebellaret, cum non ualeres-  
 tam ipse labores ferre, tribuens filio suo Nabu-  
 chodonosori etate ualenti partē quandā exer-  
 citus contra eū misit. Nabuchodonosor autē cū  
 sairapa desertore cōgressus, prouinciam que ab  
 initio eorū fuerat, ad propriū renocauit impe-  
 rium. Eodē uero tempore, cōsipit partē eius Na-  
 bulassarum, cum agrotasset, in Babylonia ciui-  
 tate defungi, qui regnauit annis X X I X. Na-  
 buchodonosor autem non post mulīum tempus  
 mortem pairis cognoscens, & negotia Aegy-  
 ptia disponens, reliquarumq; prouinciarum,  
 & capiuos Iudaorum & Phoenicum atq;  
 Syrorum, qui in Aegypto fuerant, commendās  
 quibusdam amicis, ut cum exercitu & impe-  
 dimciēs perduceretur ad Babyloniam, ipse cū  
 paucis iter aggressus per desertum Babylonem  
 uenit: reperiensq; cuncta à Chaldeis dispensari,  
 seruauimq; regnum ab optimatibus eorū, do-  
 minus facilius totius pacerni principat<sup>9</sup>, capiūis

quidē aduenientibus praecepit habitacula in op-  
poriūssimis Babylonia locis adificare: ipse ne-  
rō ex manubīs tēplū Beli, ac reliqua munificē-  
sissime excoluit: et uiceri urbi alicetam exerin-  
secus. Et prōiso ne posthac possent hostes flu-  
nū cōcretere, et ad urbē accedere, tres interio-  
ri cīuitati per circuitū muros, totidē exteriori,  
hos cocto latere, illos addito etiā bitumine, cir-  
cūdedit: cum sic cōmunita portas que uel tēplū  
deceant, addidit. Ad hoc iuxta paternā regiā,  
alicetā sumptuosiorē muleo amplioreq; exstru-  
xit, cuius ornatū exponere fortasse longū esset:  
illud memoratu dignū, q; hac adē superba su-  
praq; fidē magnifica, quindecim dierum spacio  
perfecta est. In ea lapidea moles excelfas exci-  
tavit, aspectu mōribus assimiles, omniq; genere  
arborū cōsueas. Horū quoq; penfilem sicut fama  
nobilem: eo quod uxor eius montanū prospectū  
defideraret, in Midorum regione educata. Hac  
iāq; retulit de predicto rege, et multa super  
hac in libro Chaldaicorum: in quo culpi con-  
scriptores Gracos, quasi uancē arbitratos, à Se-  
miramide Aſſyria Babylonem adificatam, et  
mira opera ab illa circa eam fuisse constructa,  
false conscripsisse dicens. Ipsam certè Chaldaeo-  
rum conscriptionē fide dignā existimandū est,  
quando cū archiuis Phœnicū cōcordare uiden-  
tur, que ex Beroſo cōscripta sunt de rege Baby-  
loniorum: quoniam et Syriam et universam

Phœn

Phœnicē ille subuerit. In his sanè consonat ex Philostratus in historijs, dū Tyria meminisse ob-  
sidionis: ex Megasthenes in quarto Indicorū:  
ubi declarare cōredit, prædictū regē Babylonio-  
rum Hercule fortitudine et rerū gestarū magnis  
audine præcessisse. Dicit enim eū ex maximam  
Africæ partē, et Hispaniā subiungasse. Quæ ne-  
rō de tēplo Hierosolymorū relata sunt, ex cōcre-  
matū esse à Babylonij, ex coptū rurſus adifi-  
cari Cyro senēte Asia principatū, ex dictis Be-  
rosi declaramus. Sic enim in tertio libro dicit.

Nabuchodonosor itaq; posteaq; inchoauit pre-  
dictū murū, incidēs in languore, de vita migra-  
uit, cū regnasset annis tribus ex quadragesita.  
Huius regni dominus effectus filius eius Euel-  
maradochus, propter iniquitates ex libidines  
passus insidias à marito sororis sua Nirigliffo-  
voore perēpus est, cū duobus regnasset annis.  
Quoq; defuncto, sumēs regnū qui ei fecit insidias  
Niriglifforo, annis regnauit quatuor. Huius  
filius Laborosardochus, principatiū qdē tenuit  
puer existens mensibus nouē: insidias uero pas-  
sus, eo q; nimis appareret malorū esse morū, ab  
amiciis extinctus est. Hoc itaq; perempto, cōne-  
niētes hi qui fecerant insidias, cōmuni suffragio  
regnū tradidere Nabonido cuiusq; erat ex Ba-  
bylone ex eadē gente. Sub hoc muri circa flu-  
num Babylonia ciuitatis ex latere colto ex  
bitumine sive cōstructi. Cuius regni anno septi-  
mod

modicimo egressus Cyrus ex Perside cū magno exercitu, uniuersa Asia subacta, imperium fecit in Babyloniam urbē. Sentiens autē Nabonidum invasionem eius & occurrēs cum exercitu suo, atq; cōgressus pugna, nīlus & cū paucis fugatis inclusus est in Borsippensium ciuitatem. Cyrus autē Babyloniam obsidēs, & deliberans exteriores muros deponere ciuitatis, eo q; nimis uidetur munita, & esset ad capiendū nulde difficultis, reuersus est ad Borsippum, Nabonidū expugnauit. Nabonido uero oppugnationem non expectante, sed prius supplicante, usus clementia Cyrus, et dans ei habitaculū in Carmania, expulit eum à Babylone. Nabonidus itaq; reliquā uita tempus in illa prouincia conservans est. Hac cōcordantē cū nostris. Scriptū nāq; in eis est: quod Nabuchodonosor octauodecimo regni sui anno, templū nostrū ad desolationem usq; perduxit, & fuit exterminatiū annis septē. Secundo uero anno regni Cyri fundamētis depositis, rursus secundo regni Darū anno perfecitum est. His prolatis, adiūciā etiā Phornicū historias: non enim probationū abūdantia relinquaenda est: est enim dinumeratio in illis annorum: sic enim habent: sub rege Ithobalo Nabuchodonosor obsedit Tyrum annis tribus & decem. Post hunc regnauit Baal annis decem. Post hunc iudices constituti sunt, & indicanere hi. Ecnibalus Baslechi, mēsibus duobus: Chel-  
bius

bis Abdai, mēsibus decē: Abbarus ponifex  
mensibus tribus: Mythonus & Geraflus Ab-  
dilimō, indices annis sex: inter quos regnante  
Balatorus anno uno: quo moriēt̄: multēs euon-  
canere Merbalū ex Babylone, & qualior re-  
gnauit annis. Eo quoq; moriente, euocanere fra-  
trem eius Iromum, qui regnauit annis uiginti.  
Sub hoc Syrus Persarū habuit imperiū. Qua-  
propter omne tempus est annorū quinquagin-  
ta aquaeuor: & mēsum trium. Septimo siquidē  
anno regni sui Nabuchodonosor cœpit obside-  
re Tyrum. Quartodecimo autē anno regis Iro-  
mī, Cyrus Persarū tenuit principatū. Consonant  
igitur que de templo scripta sunt à Chaldais ac  
Tyrīs, cū literis nostris, Manifestum uero &  
sine cōtentione testimoniuū est, de predicta gene-  
ris nostrī antiquitate. Et his quidē qui nō ual-  
de contēdūt, sufficere iudico que præmissa sunt.  
Oportet autē nō credentibus Barbaricus cōscri-  
ptionibus, sed solis Gracis fidē habendā esse di-  
centibus, adhuc multos exhibere testes, etiam  
Gracos, scientes nostrū genus, & opportuno tē-  
pore eius habētes mentionē. Pythagoras igitur  
Samius, cūm sit antiquus quidē aetate, sapientia  
uero & diuina pietate philosophos omnes: ex-  
cellens, nō solum qua nostra sume agnouisse ma-  
nifestus est, sed etiā amulatu ea ex maleis ap-  
paret. Et eius quidē cōscriptio nulla reperiuntur:  
multi tamē de eo reculere: quorum insignior est

Pythagoras

Tunc

Hermippus, ut circa omnē historiā diligētissi-  
 mus indagator. Refert itaq; in primo de Pytha-  
 gora libro, qd Pythagoras uno familiariter suorū  
 difunctione, nomine Calliphonie genere Crotonia-  
 ce, illius animā dicebat secū degere die noctūq;:  
 qd qd praecepit, ne nō trāsiret locū. ubi asinus  
 lapsus esset, qd ab aqua feculenta semetipsum  
 abstinenteret, qd ab omni blasphemia recederet.  
 Deinde sequit̄. Hac autē agebat acq; dicebat,  
 Iudeorū et Thracū opiniones imitatus, ac trā-  
 screns in semetipsum. Dicitur enim uerè, qd ille  
 uir multas Iudeorū leges in suā trāstulit philo-  
 sophiā. Fuit autē etiā p ciuitates nō ignota olim  
 gens nostra: qd multi iam mores ad quasdam  
 transierunt, qd amulatione digni à nōnullis ha-  
 bebantur. Quod manifestat Theophrastus in  
 phrastis qua scripsit de legib;. Ait enim, quia pro-  
 hibent Tyrorū leges qd peregrino sacramento  
 iurare. Inter qua sacramēta cum quibusdā alijs  
 etiā insurandū, quod Corban appellatur, enu-  
 merat, apud nullos autē hoc inuenitur iuramen-  
 tum, nisi apud Iudeos solos: quod interpretatur  
 ex Hebraica lingua, donū Dei. Verū neq; He-  
 rodotus Halicarnasseus nostrā ignorauit geniē,  
 sed quodammodo eius meminisse cognoscitur.  
 De Colchis enim referens, in secundo libro sic dī-  
 cit: Soli autē inter omnes Colchi, qd Aegyptij,  
 qd Aethiopes, uerenda ab initio circumcidūt.  
 Phœnices uero, qd Syri in Palaestina confi-  
 en-  
897

Sur hoc ab Aegyptiis didicisse. Syri autem quæ  
circa Thermodontem & Parthenium flaviū com-  
moranter, & his vicini Macrones, a Colchis di-  
cuntur nuper didicisse. Hi nāq; sunt inter ho-  
mines soli, qui circūcidūtur: & isti sicut Ae-  
gypti facere dicuntur. De Aegyptiis autē &  
Aethiopibus dicere nō possum, utri ab alieris  
didicere. Dixit ergo Syros, q in Palaestina sunt  
circūcidi. Omnīū autē qui habitat Palaestinam,  
soli Iudei circunciduntur. Hoc igitur sciens, de  
ipsis dixit. Quin & Chœrilus, antiquus poëta,  
meminit de genere nostra, dicens quod militane-  
runt nostri maiores cum Xerxe Persarum re-  
ge contra Gracos: & enumeras universas gen-  
tes, nouissimam nostram posuit, ita dicens:

*Huius miranda specie gens castra secuta,  
Phœnissam ignoto linguam mittebat ab ore.  
Sedes huic Solymi mōres, stagnū prope uastū,  
Tonsa caput circum, squallēti uerice equini  
Exuviis capitis duratas igne gerebat.*

Palam ergo est, sicut arbitror, quia nostri me-  
minerit, eo q & Solymi montes in nostra re-  
gione sunt constituti, in quibus habitamus, et sta-  
gnum, quod dicitur Asphalites: hoc enim in-  
ter omnes stagnū in Syria lati⁹ ac maius est. Et  
Chœrilus quidē ita nostri meminit. Quod autē  
nō solū sciebat Iudeos, sed cuiā in quoēquot in-  
ciderent admirabātur, nō ē uulgo Graci sed ob-  
sapientiā celebres, ostēdere facile est. Clearchus  
enim

enim Aristotelis discipulus, & Peripateticorum nullus secundus, in primo lib. de somno, dicie Aristotalem doctorē suū de quodā uiro Indeo ita referre: & ipsi Aristotelī cuncte sermonē ascribit, quod ita conscriptū est. Sed alia quidē longum est dicere. Quae uero habere potuerāt illius admirationē quandā atq; philosophiā, ea duco operaprecium referre. Et Hyperochides: uehemēter, inquit, audire desideramus uniuersi. Ignorunt secundū praecepta, Aristoteles inquit rhetorica, eius genus primo indicabimus, ne reluemur doctoribus praeceptorū. Dic, inquit Hyperochides, ita si placet. Tum ille: Genere igitur Iudeus erat, ē Coelestria: qui sunt ex propagine Philosophorum Indorū, uocanturq; (ut aiunt) philosophi, apud Indos Calani, apud Syros autē Iudei nomen accipientes à loco: locus enim ubi habitat, appellatur Iudea: nomen uero eorū ciuitatis ualde difficile est: uocant enim eā nomine Hierusalē. Is igitur homo muleos hospitio recipiens, & de superioribus ad maritima descendens, grauiſſimus erat nō solū eloquio, sed etiā animo. Et tūc nobis degeneribus apud Asiam, cū diuinus homo uenisset ad ea loca, cōſabulari cœpit nobiscū. & cū alijs scholasticis eorū sapientiam tentās, cumq; multi eruditiorū cōgregarentur, tradebat potius aliquid eorū que habebat. Hac ait Aristoteles apud Clearchū, & super huc mulae ac mirabile cōuenientiā Iudei uiri incibis.

cibis & castitate narrat. Liceat autem uolentibus  
hac ex ipsius lectione cognoscere: ego enim re-  
fugio plus quam decet inferre. Clearchus igitur  
facta digressione, cum aliud propositum haberet,  
nostrum generis ita meminit. Hecatetus autem Ab-  
derita, uir philosophus simul & circa actiones  
industriosus, cum Alexandro rege nutritus, & cum  
Ptolemaeo Lagi cōmoratus, non obiter, sed inie-  
grum de ipsis Indis cōscripsit librū. Ex quo no-  
lo breviter quādā eorum que ab eo sunt dicta  
percurrere. Sed primitus tempus ostendā: me-  
moris enim pralij, quo circa Gazam Ptolemaeus  
cōflicxit cum Demetrio, quod uiq; cōtigit unde-  
cimo quidē anno post mortē Alexandri, Olym-  
piade uero septima & decima atq; cētesima, si-  
cui refert Caſtor: adiiciens enim hāc Olympia-  
dem, dicit: Sub hac Ptolemaeus Lagi uicit in  
Gaza pralio Demetriū Antigoni, qui uoca-  
batur Polioreetes. Alexandru uero proficētur  
uniuersi cētesima & quartadecima Olympiade  
fuisse defunctū. Palam ergo est, quia & secun-  
dum illud tempus, & sub Alexandro genus flo-  
rebat nōstrū. Dicit igitur Hecatetus, quia post  
pralij ad Gazam, Ptolemaeus locorū qua sunt  
circa Syriā dominus est effectus. Et multi ho-  
minū cognoscentes mansuetudinē & clementiā  
Ptolemai, cum eo proficiunt ad Aegyptū, & re-  
bus cōmunicare uolnere. Quorū unus, inquit,  
erat Ezechias pōrifex Indiorum: homo atate

quidē quasi sexaginta & sex annorū, dignitato  
necò apud contribules maximus, & animo sa-  
pientissimus, potenterissimus ad dicendū, &  
circa causas sicut nullus alter experitus. Dicit etiā  
omnes sacerdotes Iudeorum qui decimas acci-  
punt, & universa in cōmuni gubernant, circa  
mille & quingētos existere. Rursus autē pra-  
dicti uiri faciēs mentionem: *Hic, inquit, homo*  
*bunc honorē gerēs, & assuetus esse nobiscū, as-*  
*sumens aliquos suorū, differentiā cunctā expo-*  
*suit: & habitationē suā & cōversationē, quam*  
*scripīa habebat, paruer indicauit.* Deinde pa-  
lām facit Hecataeus, quales circa leges existē-  
mus: & quia omnia sustinere, ne transcendam-  
mus eas, eligimus: & hoc esse optimū indica-  
mus. Dicit igitur hac: *Et male sapiens à finiti-  
mis audiēs, & omnes cōsumelias passi à Per-  
ficiis regibus & satrapis, non possunt mēte mu-  
tari. Si dū magna exercitatione, de his praci-  
pue omnibus respondere parati sunt. Perhibet  
autē etiā indicis fortis animi circa leges nō par-  
na, dices, Alexādro quondā in Babylone con-  
stituto, & uolente Beli templū quod corruperat  
renouare, cunctisq; militibus similiter ruderā-  
portare praecipiēt, solos Iudeos hoc facere non  
sustinuisse: sed etiā multas plagas, & detrimen-  
ta pertulisse nō modica, donec eis ignoscente re-  
ge securitas praberetur. Qui dum ad provin-  
ciam, inquit, propriā tenueris fuissent, templo &*

alio

alaria fabricata omnia destruere. Et pro alijs  
quidē multam satrapa exoluere, pro alijs uero  
ueniā cōsecuti sunt. Adycit autē, q̄ merito ob  
hat mirabiles sint. Et q̄ ḡes nostra fuit multo-  
rum hominū numero copiosa; sed multa millia  
nostrorū traducta, in Babylonia Persæ primū  
collocarū: nec pauca etiā morte Alexātri in  
Aegyptum & Phoenicē sunt trāslata, propter  
seditionē in Syria factā. Idē uir & magnitudi-  
nem prouincia quā incolimus, pulchritudinēq;  
narravit. Penè decies trecenta millia, inquit, in-  
gerat terrarū optimarū uberrime prouincia pos-  
sidere noscētur. Iudea nāq; huius est amplius  
dinis. Et quia etiā ciuitatem ipsam Hierosoly-  
morū spacioſam & maximā olim inhabitiimus,  
& uerorū muleitudine copiosam, nec nō & tē-  
pli cōſtructionē, idē ipſe ſic refert: Sunt autem  
Indaeorū & alia quidem multe munitiones per  
prouinciam, atq; uici. Una uero ciuitas munitissi-  
ma, habens praciupē circuitum quinquaginta  
stadiorū, in qua cōmoranter hominū circa centū  
& quinquaginta millia, nomine Hierosolyma.  
Est autē in media ciuitate lapidea quadripor-  
ticus, centū per circuitū cubitorū, habēs etiā du-  
plices iannas: in qua ara est quadrāguli figura-  
zione cōposua ex lapidibus nō dolatis ſed colle-  
ctis, unūquodq; laetus nigrini cubitorū latitudi-  
nem habēs, altitudinē uero decē. et circa eā ma-  
cima fabrica, ubi altare eft cōſtruitū & cāde-

labrum, utraq; aurea, duorū talentorū pondus  
 habētia: & inextinguibile lumen noctibus &  
 diebus. Simulacrum uero aut aliquid anachema  
 ibi nequaquam est, nec ulla plantatio: nullus ibi  
 uelui lucus, aut aliquid huiusmodi. Habitare  
 anem in eo & noctibus & diebus sacerdotes,  
 quasdam purificationes agentes, & omnino uinum  
 non bibentes in templo. Insuper autem, quia & cum  
 Alexadri regis successoribus postea militarum.  
 celebratur hoc modo, dicens ea que cognoverit a  
 viro Iudeo in expeditione costituto: cuius uer-  
 ba subiiciam. Ait enim: Me siquidem cunctorē ad  
 mare rubrum, una secutus est quidam cum alijs eque-  
 strium Iudeorum nos deducentium, nomine Mo-  
 sollamus, vir animosus, inter omnes sagittarios  
 Gracos & Barbaros praecipuus. Is igitur homo  
 properatibus muleis pariter, et quodam uate au-  
 gurium capiāte, & petere ut cuncti starēt in-  
 terrogauit, cur subtilissent omnes. Ostendete ue-  
 ro ei uate autem quam intuebatur, atque dicite: quod si  
 quidem expediret eis ut maneret omnes, starēt  
 unus: si uero surges anterius euokaret, procede-  
 rent, si uero post tergū iret, recedere cunctos opa-  
 seret: rursum racēs, arcuq; trahēs, sagittā emi-  
 su: & autem percussam interremet. Indignansibus  
 uero uate & quibusdam alijs, & maledicentibus  
 ei: Quid furitis, inquit, insatillissimā autem sumē-  
 tes in manus? haec enim suā salutē nesciēs, de no-  
 stro itinere nobis prosperitatē posuisse indicare?

Si enim præscire fuit ualuisset, in hunc locum  
nequaquam uenisset, metuens ne sagitta à Mosol-  
lamo Iudeo periret. Sed Fiecati testimonia  
iam quiescant: facile nāq; est, uolentibus ipsum  
librū legere, & hac apertius inuenire. Non uer-  
ò me pīgebit Agatharchidē introducere, licet Agath-  
homo minimè malus, ut ei uisum est, nobis de- chic.  
traxisse uideatur. Is enim narrās de Siratonicę,  
quēadmodū uenit in Syriā ē Macedonia uiro  
suo Demetrio derelicto: Selenco autē uxorē cā-  
ducere nolente, quod illa sperabat, exercitū eius  
in Babylonia posito, circa Antiochiam bella  
mouit. Deinde quomodo reuerso rege Antio-  
chia capta, in Seleniciā illa fugiens, cūm posset  
velocius ab nauigare, somnia prohibita ne face-  
ret, capta aeq; defuncta est. Hac ergo præfatus  
Agatharchides, & derogās superstitioni Siratonicę,  
mitur exēplo generis nostri, sic scribens:  
Qui uocantur Iudei, habitāt omniū munifici-  
mam ciuitatē, quā uocare Hierosolymā prouin-  
ciales soleū. Hi uacare cōsuerti sunt septima die,  
& neq; arma portare in predictis diebus, neq;  
terra cultrā cōtingere, neq; alterius cuiuspiam  
eurā habere patiuntur: sed in tēplis extēdentes,  
manus, adorare usq; ad uesperā soliti sunt. In-  
grediente uero in ciuitatē Ptolemaeo Lago cum  
exercitu & multis hominibus, cūm custodire  
debuerint ciuitatē, eis stulticiā obseruantibus,  
prouincia quidē dominū suscepit amarissimū:

lex uero manifesta est malā habere solennitatem:  
 huiusmodi autē causas, praefer illos, alios quoq;  
 docuit universos: ut tūc ad somnia et opiniones  
 que tradebantur de lege cōfugiant, dum circa  
 res necessarias ratio nihil ualeat humana. Hoc  
 quidē Agatharchidi uidetur esse ridiculū: eis  
 autē q; hac examināt integrus, apparet magnū.  
 Et precipua laude dignissimū: si Et saluti Et  
 patria quidē, custodiā legū pietatemq; diuinā  
 preponere cōcupiscāt. Quod uero nō ignorātes  
 quidā cōscriptorū gentē nostrā, sed propter in-  
 nidiā quasdā ob similes causas memoriam nostrā  
 omiserūt. hoc indiciū me arbitror esse prabitu-  
 rum. Hieronymus enim qui de successorib⁹ cō-  
 scripsit historiā, ipso tempore quo Hecateus fuit:  
 His to Et amicus existēs regis Antigoni Syria pra-  
 sidebat. Verum Hecateus etiā librū conscripsit  
 de nobis: Hieronymus autē nequaquam nostri in  
 historia meminit, licet penē in ipsis locis nutritus  
 esset. In tantū nolūates hominū differebāt:  
 aler nāq; dignos existimauit de quibus dili-  
 genter memoria proderet: alterum uero omnino  
 circa ueritatē quadā passio cernit obscurasse.  
 Sufficiunt samē ad comprobationē antiquitatis  
 nostra, Aegyptiorū Et Chaldaorū aq; Phœ-  
 nicū historia, Et super illas Gracorum paruer  
 cōscriptores: nā prater supradictos, Theophilus  
 etiā, Et Theodotus, Et Menas, Et Ariphe-  
 nes, Et Hermogenes, Et Euemerus, Et Conon,  
 Et Zopy

Et Zopyrion, et multi fortasse alijs (non enim  
 ego omnibus libris incubui) non obiter nostri  
 fecere mentionem. Plurimi namq; predicatorum  
 virorum, ueritate quidem antiquarum rerum  
frustrati sunt, quia lectioni sacra nostrorū nō in-  
cubnere librorū: cōmuniter tamē de Antiquita-  
te testati sunt, pro qua nūc dicere proposui. Pha-  
lerenus sanè Demetrios, et senior Philon, et  
Eupolemus, non multum ueritate frustrati sunt:  
quibus dari uenia dignum est. Non enim incerae  
eis, ut nostras literas possent omni scrupulositate  
sequi. His ita dictis, unū adhuc mihi capitulum  
est relictum ex his quæ in principio libri posui,  
quatenus derogationes et maledicta, quibus  
ueniuntur quida cōtra genus nostrū, falsas ostendā:  
Et conscripторibus eorum testibus utar, quando  
cōscribentes hæc cōtra se metipso locuti sunt ta-  
lia. Quod uero multis alijs hos enenit propter  
quorundam odia, arbierorū intelligere eos qui in  
historijs uersari solerūt. Quidā enim genium. et  
gloriosissimaru civitatum fiedare nobilitatem.  
Et cōversationi detrahere ienit auerc: Theopom-  
pus quidem Atheniensium, Lacedamoniorum  
uero Polycrates. Is autē qui Tripoliticum con-  
scriptu (non enim Theopompus hoc fecit, sicuti  
quidam putant) etiam Thebaorum momordit  
urbem. Multa uero etiam Timaeus in historijs  
de predicatis, et de alijs blasphemauit. Et hoc  
precipue faciūt, quando gloriosissimos in aliqua

parie calumnianur: quidam propter iniuidiam  
 atq; malevolenciam, ali⁹ uero propter serbosam  
 nonitatem memoria se dignos iudicantes: et apud  
 filios quidem nequaquam hac spe frandantur,  
~~et blasphemos~~, qui non sanum noscuntur habere iudicium, sa-  
 ni uero auditores eorum malignitatem condemnna-  
 bunt. Blasphemarū igitur in nos sape cōgestarū  
 huiusmodi causa est. Volentes Aegyptijs grati-  
 ficari quidā ueritatem corrumpere cētauerent. Et  
 neq; aduentū in Aegyptiū nostrorū progenito-  
 rū, sicut cōtigit, sunt cōfessi? nec rarsus egressum  
 eū ueritate dixerent: muleasq; causas ody ac ini-  
 dii e pariter habuere. Principio quidem, quia in  
 eorum regione nostri progenitores potentes effecti  
 sunt: unde regressi ad propria denuo fuere felici-  
 ces. Deinde sacrorū diuersitas, muleas inter eos  
 fecit inimicitiias: in tantiū prastantiore nostra pie-  
 tate quā solēnitates illorū, quantum Dei natura  
 animalibus irrationalibus sine dubitatione pra-  
 stat. Communis nanq; apud illos ritus est, eiusce-  
 modi bruta arbitrari deos: singillatim autem ali⁹  
 alia colunt, uani ac fatui omnino homines. Et  
 ab initio uii his malis opinionibus confueri: Et  
 propriea nequaquam imitari nostram hone-  
 statem de diuina ratione potuere. Videneesq;  
 muleos nostram zelari cōversationem, iniuidiam  
 habuere, et ad tantam fatuidinem ac pusilliati-  
 vitatem quidam perducti sunt, ut non pigeret  
 eos etiam contra antiquas suorum scrip̄iones  
     aliqua

aliqua dicere. Qui cùm hoc faciunt, sibimetipſis  
aduersa conſcribere paſſione exaltati ignoran-  
te. In uno tamē & maximo uiro herbu meū co-  
probabo, quo uſus ſum ante paululum noſtra  
Antiquitatis reſte. Manethon itaq; qui Ae-  
gyptiacam hiftoriā ex literis ſacris ſe interpre-  
taturū pollicetus eſt, prafatuſ noſtriſ progenito-  
res cum muleis milibus in Aegyptū adueniſſe,  
& illie incolas ſubiugasse: deinde ipſe confeſſus  
eſt, quia posteriori cōpore amicetēs eam, prouin-  
ciam que nunc Iudea uocatur obtinuiſſe: &  
adificare Hieroſolymam, conſtruxiſſe templū.  
Et haclenius conſcriptiones ſecutus eſt antiquo-  
rū. Deinde uſurpā ſibimet licetiam, profeſſuſq;  
ſe ſcribere ea qua in fabulis uulgaribus feruntur,  
incredibilia uerba de Iudeis iſeruit, uolēs per-  
miſcere nobis plebem Aegyptiorum leproſorū,  
aliorumq; languentium, quod, ſicut ait, ab omi-  
natione ex Aegypto fuga dilapsi ſunt. Ame-  
nophin enim regem adiecit, quod eſt falſum no-  
mē. Et propriea tempus regni eius nequaquam  
diſtinire prafuſi, cum aliorū regū omnes an-  
nos perfecte protulerit. Hinc itaq; quasdam an-  
nectit fabulas, penē obliuio, quod egressum paſto-  
rum ad Hieroſolyma ante quingentos decem et  
octo annos factum eſſe protulerat. Themufis  
enim erat rex, quando egressi ſunt. Et ab hoc  
tempore, regum qui poſtea fuere, anni ſunt tre-  
centi uona ginea tres, uſque ad fratres nomine

Seihonem, & Hermaum: quorum Seihonem  
quidem Aegyptum, Hermaum uero Dancas  
denominatum dicie: quem expellens, inquit, Se-  
ihon, regnante annis quinquaginta & nono:  
& post hunc senior c<sup>r</sup> filius Ramses annis sexagin-  
tis sex. Ante eum igitur annos egressos ex  
Aegypto patres nostros confessus, deinde Ameno-  
phelin adiiciens regem, hunc ait et deorum fuisse  
contemplator<sup>e</sup>, sicut Orum quendam priorum regum:  
& implesse desiderium eius sacerdotem Ameno-  
phin natu ex parte Papio: qui uideatur quasi  
divina participare natura, secundum sapientiam  
praescientiamq; futurorum. Et dixisse regi hunc  
cognominem, quod posset uidere deos, si prouincia  
a leprosis & alijs maculatis hominibus par-  
gare contenderet. In quo latum regem, omnes dicere  
corpore debiles ex Aegypto congregasse, & fe-  
rissse multitudinem numero octuaginta milia.  
Eosq; ad sectiones lapidum in partem Nili orientem  
talem misisse: simul et alios Aegyptios, quibus  
hoc erat iniunctum. Fuisse autem quosdam inter eos  
etiam eruditorum sacerdotum lepra perfusos ait.  
Amenophelin uero illum sapientem diminuimus; nimirum  
refere timuisse & erga se metipsum & erga re-  
gem deorum indignationem, qui aperte suase-  
rat eis uim geri: & dixisse, quoniam auxiliaretur  
quidam maculatis hominibus, & Aegyptum  
obtineret tredecim annis. Et hac cum non quidem  
presumpuisse regi dicere, sed de his hominibus

conscriptum reliquisse librum, ac sibi mortem  
consciuisse. Et propter ea regem in anxietatem  
maximam peruenisse. Deinde ad uerbum haec  
refers: Haq; rogatus rex, ut ad requiem Et iu-  
tamen eorum secerneret ciuitatem, deseritam urbem,  
qua fuerat pastorum, nomine Auarium, prebuie  
eis. Est autem haec ciuitas secundum theologiam  
antiquam, Typhonis. Porro illi in hanc ingressio  
Et locum hunc ad rebellandum optimum, du-  
cem sibimet quendam Heliopolitanorum Pon-  
tificum Osarsiphum constitutere, et huic se obe-  
dire in omnibus iurauerunt. At ille primus  
quidem eis legem posuit, ut neq; deos adoraret,  
neq; ab animalibus, que principiè sacra apud  
Aegyptios erant, se penitus abstineret: nulliq;  
copularentur nisi cum quibus fœdus habere si-  
debantur. Hac autem sentiens, Et alia plura, ma-  
xime Aegyptiorum consuetudinibus, inimica,  
præcepit multo opere muros adificari ciuitatis:  
Et ad bella preparari contra Amenophis re-  
gem. Ipse uero assumens secum etiam alios sacerdotes  
et maculatorum quosdam, misit legatos ad pastores:  
qui uidebantur a Themuse rege depulsi ad Eie-  
rosolymorum urbem, causas suas et aliorum qui simul  
fuerant exhonoriati significans, Et poscens ut pa-  
rietur contra Aegyptiu castraretur. pmisiq;  
eos fore ueniuros: primu qdē in Auarium proge-  
nitoru suoru prouinciam, Et necessaria populis  
abudantius exhibeda: pugnacuros autem opportuna  
temp

tempore. & prouinciam facillime subdesueros.  
 illi uero latitia cumulata, omnes alacriter usq;  
 ad ducentia milia virorum pariter sunt egressi: et  
 non post miliū ad quarum usq; uenere. Amo-  
 nophis autem Aegyptiorū rex, dum illorū an-  
 disset invasionē, non mediocriter perculsus est,  
 dum recordaretur quod ei pradixerat Ameno-  
 phio Papū. Et primum quidem congregās Ae-  
 gyptiacam plebem, facto cōsilio cum principibus  
 torū animalia sacra, et qua precipue à sacerdo-  
 tibus honorabantur, ante pramisit: & sacerdo-  
 tibus particulariter iussit, ut simulachra eorum  
 caue celarent. Filium uero Seihonē, qui erat  
 Ramesses a Rampse patris nomine uocabatur, cū  
 quinq; esset annorū, apud suū cōmēdauit amicū.  
 Ipse uero transfēs cum alijs Aegyptijs, usq; ad  
 trecenta milia virarū, bellatoribus viris occurrēs,  
 cōgressus non est. Putans enim semetipsum con-  
 tra Deum pugnare, retrorsum reuersus uenit ad  
 Memphis: & sumēs xpim et alia sacra, mox  
 in Aethiopiam cum uniuersis manibus & mul-  
 titudine uenit Aegyptiorū. Per gratiam namq;  
 erat ei subiectus Aethiopū rex: propter quod  
 suscipiens etiā populum uniuersum, prabuit ali-  
 menta hominibus necessaria, que prouincia mi-  
 nistrabat, & ciuitates ac uicos, qui ad faste il-  
 lud tredecim annorū exilium sufficerent. Et in  
 Aethiopia quidē hac gesta sunt. Solymita ue-  
 rō descendentes cū viris polluis Aegyptiorū, sic  
 pessime

pessime hominibus usi sunt, ut eorum uictoria  
 esset pessima his, qui iunc eorū impietas inspi-  
 ciebant. nō solū etenim ciuitates & uicos conere  
 manere, sacrilegia facientes, & deorū idola de-  
 uastantes, sed etiam ipsa sacra animalia que co-  
 lebantur crudelissime discerpserunt, perempto-  
 res & occisores horū sacerdotes atq; prophetas  
 esse cogentes, quos etiam expellebant nudos. Di-  
 citur itaq; , quod politiam & leges eis cōposuit  
 sacerdos quidam, genere Heliopolites, nomine  
 Osarsiphus, uocatus ex nomine Osireos Heliopo-  
 litani dei: qui dū cōuersus fuisse ad hoc genus,  
 mutauit nōmē & uocatus est Moses. Quae igi-  
 tur Aegyptiū de Iudeis ferūt, hac sunt. Sed &  
 mula breuitatis causa prætereo. Dicit autē rur-  
 sus Manethon, quia postea Amenophis, ex  
 Aethiopia digressus est cum magna uirtute: si-  
 mul & filius eius Rāp̄ses, & ipse habēs magnū  
 exēcū. Et cōgressi cōtra pastores atq; pollutos  
 uicerunt eos: & muleis casis persecuti sunt eos.  
 usq; ad Syria fines. Hec equidem & huiusmodi  
 Manethon conscripsit. Quia uero anilia loqui-  
 tur delirantia, atq; mētitur, aperiā ratione mō-  
 strabo: illud primo distinguēs, quod postea refe-  
 rendum est. Is enim cōcessit nobis, atq; professus  
 est, quod ab initio non fuerint Aegyptiū genere  
 sed extrinsecus illuc aduenissent, & Aegyptiū  
 obuinissent, & ex ea rursus egressi sint nostrā  
 progenitores. Quod uero nobis postea permixti  
 non

non sunt Aegyptij corpore debilitati: & quod  
ex his non fuit Moses, qui populū eduxit ex Ae-  
gypto, sed ante multas generationes existit, per  
ea quae ipse dixit, conabor ostendere. Primā itaq;  
causam posuit figmēi ridiculā. Rex enim, inquit,  
Menophis concupiuit uidere deos. Quos pu-  
bas? siquidē qui apud eos solennes erat, Bouē, et  
Hircū, & Crocodilos, et Cynocephalos, uidebas.  
cœlestes autē quomodo poterat? & cur hoc ha-  
bitus desideriū? quia utiq; & prior rex alier hos  
uiderat? Ab illo ergo audiens, quales essent, &  
quemadmodum eos uidisset, noua nequaquam  
egrebas arte: sed forte sapiens erat ille uates, per  
quem hec rex posse agere confidebat. Quod si  
ita fuisset, quomodo impossibilū concupiscentiā  
non præsciuit? non enim euenit quod uoluit. Pro-  
inde quam ratione habere poenitie, ut proprie-  
mutilos aut leprosos ei innisibiles essent? Irascer-  
etur enim propter impieates, non propter corpo-  
rū uitia. Deinde tam multa milia leproso-  
rum & male habentium, una penē hora quo-  
modo fuit possibile congregari? aut quomodo  
rex non obediuit uati? Ille namq; præcepit debi-  
les Aegyptios exilio deportari, hic autem eos  
ad sectiones lapidum destinavit, tanquam ope-  
rarijs indigens, & non purgare prouinciam no-  
lens. Aie autem quod uates semetipsum pere-  
mit, præuidens deorum iram, & que erant in  
Aegypto fuerat, & conscripium librum regi  
ueliq;

reliquit. Proinde quomodo ab initio uates etiam suum interium non prasciuit? quomodo non repente regi contradixit uolenti uidere deos? aut qua ratione timebat, iam non sui temporis calamitates? aut quid nā granus imminebat, quod moree praeueniret? Quod uero iner omnia stultius est uideamus: Audiens enim hac, inquit, ex de suorum iam metuens, debiles illos quibus Aegyptum purgare debuerat, neq; tūc de provincia pepulit: sed rogantibus eis, sicut ait, ciuitati dedit duum à pastoribus habitatā: que uocabatur Avaris. Ad quam congregati, principem, inquit, delegere ex sacerdotibus Heliopolitanis: qui eis legem posuit, ut neq; deos adoraret, neq; ab Aegyptiaca festinitatis animalibus abstinerent, sed omnia perimerent, acq; consumarent, nulliq; penitus miscerentur. nisi cum quibus coniurati esse uidebantur: ex iureinando multitudine obligata, quatenus in eis legibus perdurarent, Avarim ciuitatem munitam contra regem dicie eos bello sumpsisse. Adiectā autem, quia misit Hierosolymam rogans illos proximis exhibendis, ex daturum Avarim cōpromissē, qua foret ex Hierosolymis uolentium exire maiorum: ex quā procedentes omnem Aegyptum obtinerent. Deinde subiungit illos quidem uenisse cum ducentis milibus armatorū. Regem uero Amenophin Aegyptiorum, cūm uollet repugnare deo, mox ad Aethiopiā refugisse

gisse, & apim cum alijs sacris animalibus de-  
 nuxisse. Hierosolymitas uero inuasione facta, &  
 ciuitates depopulatos, & tempia concrematisse.  
 & equestres permisso referti: et nulla iniuriae  
 aut crudelitate abstinuisse. Qui uero politiam &  
 leges eis exhibuit, sacerdos, inquit, erat genere  
 Heliopolites, nomine Orsasiphus, vocatus ab ap-  
 pellatione Osireos Heliopolitanus dei: & mutato  
 nomine dictus postea Moses. Terciodecimo uero  
 anno Amenophis, postquam regno pulsus est, ex  
 Aethiopia profectu cum multis milibus dicit:  
 & congressum contra pastores atq; pollutos, ha-  
 bita confictione, uicisse. & multos interficiens,  
 usq; ad fines Syria persecutus. In his iterum non  
 intellexit sine uerisimilitudine se meneiri. Lepro-  
 si nanq; & cu[m] eis multiendo collecta debiliu[m], li-  
 cet primus irascerentur regi, circa se utiq; ta-  
 lia facieti, secundu[m] præmonitionem natu, ramen-  
 sum à sectione lapidum sunt egressi, & proxim-  
 iā percepere, omnes circa eum matiores effecti  
 credendi sunt. Porro si adhuc & illum odio ha-  
 bebant, scorsum magis infidari potuissent, non  
 omnibus bellū inferre, cu[m] scilicet plurimi existen-  
 tes multorum illic cognationes haberent. Pro-  
 inde etiam si contra homines pugnare decre-  
 re, non ramen contra deos impietatem gerere  
 presumebant: nec congeria suis agere legibus,  
 in quibus educati esse noscuntur. Oportet itaq;  
 nos Manethoni gratias agere: quoniam huius  
 iniq

iniquitatis principes dicit, nō eos qui ex Hierosolyma sunt egressi, sed illos ipsos Aegyptios esse probat. Et maxime sacerdotes, atq; iuris iurandi vinculū illorū multitudine conuenisse. Illud autē quomodo nō irrationalibile est? Domesticorū quidē et amicorū nemo cū illis rebellauit, nec periculorū belli particeps factus est: sed misere maculatos ad Hierosolymā, ut ab eis auxilia posceret. Quanam amicitia aut societate intercedente? hostes enim magis erāt. Et moribus plurimū differebāt. At illi cōfestim, ut ait, vocatibus morē gessere, nēpe inducti pollicitationibus, qd Aegyptū occupaturi essent. Quasi ipsi nō admodum eius regionis gnari essent, ex qua per vim pulsi fuerāt: qui si cum miserā auxē genā uitā egissent, meritò fortasse negotiū aggressi essent. Cum autē urbē habitareī forentur, quid rāndē erat, cur ob ueteres hostes, eosq; corporibus affectis, quales nemo domesticos ferat, periculū adirent: neq; enim futuram regis fugā praeſiebant: nam, ut ipse dixit, filius Ameniphis cū trecentis milibus ad Pelusium occurrerat: Et hoc quidē omnino sciebant qui proficiſſebantur: mutationē uero proposui Et fugā unde cōiectare poterāt? Deinde occupatio horreis Aegypti, multa mala fecisse ait Hierosolymānū exercitū: atq; hac eis exprobrat: quasi non hostes eos induxisseret: aut quasi hac sine

aliunde accito militi ob̄ycienda, cūm eadē ante  
adnentū eorum fecissent, facturosq; se iurassene  
ipsi Aegyptiū. Quinetiā aliquāto post Ame-  
nophius hostes aggressus pralio uicit: fūsosq; ac  
fugatos Syriam usq; persecutus est. adeo scilicet  
Aegyptius est omnibus undecunq; in uadētibus  
captiu facilis: & qui tunc ea iure belli potiebā-  
tur, cūm scirent Amenophin nūcere, neq; adi-  
ens ab Achiria cōmuniuerāt, multas ad hoc  
cōmoditates habentes, neq; alioqui copias con-  
traxerant. Ille uero usq; Syriā erucidans eos (ne  
at) persecutus est per arenosa & inaquosa lo-  
ca. Scilicet ea uel quieto exercitu transire expe-  
ditū est. Igit̄ autore Manethone neq; ex Ae-  
gypto genus nostrū oriūdū est, neq; illinc aliqui  
admixti sunt. Leprosorū enim & morbidorum  
multos in lapidicinis periisse uerisimile est, mul-  
tos in pralys, plurimos uero postremo & in fu-  
ga. Superest ut de Moyse illi contradicā. Hunc  
uirū mirandū Aegyptiū & diminū existimare,  
sed nō sine blasphemia incredibili sibi uindica-  
re conatur: dicētes Heliopoliten esse unū sacer-  
dotū, ob lepram cū alijs pulsum. Ostenditur au-  
tem in ratione temporū, D X V I I I . annis prior  
fuisse. & patres nostros ex Aegypto in regionē  
quā nunc tenemus eduxisse. Quid uero eiuscen-  
todi calamitatis corpus expers habuit, ipsius  
dicta indicāt. Leprosis enim & oppidis & ui-  
cis interdixit, ut seorsim in lacero nestin agane:

& cum

ex eum qui eos attigisset, aut sub idem tectum  
 successisset, pro impuro habet. Quin etiam si eo  
 morbo liberari, et in pristinum restitui conti-  
 gat, prescripsit certas purificationes, mudatio-  
 nes, et fontanarū aquarū lauacra, et omniū pè-  
 lorū abrasiones: multisq; et varijs sacrificijs per  
 actis, tum demū sanctā urbē aderundā. Atquā  
 contrā par erat q; talē calamitatē experitus esse  
 prouidentiā aliquā ac humanitatē exhibere si-  
 mili infortunio pressis. Nō solū autē de leprosis  
 sic leges tulit, sed ne minima qdē corporis parte  
 mutilatos ad facrorum curā admisit. Sed etiā si  
 iam sacerdoti aliquid tale accidisset, honore eū  
 priuauit. Quomodo igitur uerisimile est illum  
 has aduersus scmetipsum cū opprobrio suo dā-  
 noq; tulisse leges? Quin et nomen ualde in-  
 credibiliter mutauit. Osarsiph enim (inquit) no-  
 cabatur. Hoc ad transmutationē nihil quadrat.  
 Verū autē nomen significat ex aqua seruatum  
 Mosen. Nā aquā Aegyptiū Moy uocāt. Satis  
 igitur declaratiū existimo, q; Manethon quate-  
 nus ueterū scripta sequitur, nō multū à ueritate  
 aberrat. Vbi uero ad uulgares fabulas se uerit,  
 aut absurdē eas configit, aut in odiū gentis lo-  
 quentibus credit. Post hunc inquirere libet in  
 charemonem. Hic enim Aegyptiacā se scribere  
 historiā profissus, addens idē nomen regis quod  
 Manethon, Amenophin, et filium eius Rhad-  
 messem, ait Isidem in somnis Amenophi appa-  
 ruisse.

ruisse, incusare ē q̄ templū suū per bellū dirutū  
 esset. Phritiphaneen uero sacru scribā dixisse, si  
 a pollutiō hominibus Aegyptū repurget, libe-  
 randū eum à nocturnis terrorib⁹: aq; ita de-  
 lectu nictosorum morbidorum habito, C C L.  
 milia ē finibus electa. Duceſ uero eorum fuisse  
 scribas Moſen & Josephū, quē etiā sacru scri-  
 bā fuisse: Aegyptia uero eis nomina esse, Moſeſ  
 Tisuhē, Iosepho Petesephi. Hos Pelſū uenif-  
 se, ibi q; offendisse C C C L X X X . milia, ab A-  
 menophi relictā, que is in Aegyptū trāferre  
 voluerat: cū his ičto ſodere cōtra Aegyptum  
 expeditionē habitā. Amenophin autē nō expe-  
 diuo impetu eorū, in Aethiopia fugiſſe, relictā  
 uxore granida; quā delitescenē in quibusdam  
 ſpelūci enī puerū nomine Mēſſenē: eū poſtea  
 quā ad uirilē aitāē perueniſſet, expulſiſſe Indeos  
 in Syriā numero circiter ducēta milia. & pa-  
 erem Amenophin ex Aethiopia recepiſſe. Ea  
 hac quidē Charemon. Reor autē ex his ipſis qua-  
 dicta ſunt amborū uanitatē apparere. Si quid  
 enim ueritatis ſubeffet, imposſibile eras in ea-  
 cum eos diſcrepare. At qui mēdacia cōponit,  
 nō aliorū ſcriptis confona ſcribunt, ſed qua ipſis  
 libet conſingunt. Ille igitur regiā cupiditatē ni-  
 dendī deos, die initium fuisse polluitos oīciendi.  
 Charemon autē ſuū de Hīde ſomniū finxit: &  
 ille qđe Amenophin dixit indixiſſe regi par-  
 gationē: hic uero Phritiphaneen. Iam multum  
 dñis

dinius numerus sanè belle congruit, illo octua-  
ginta milia referente, hoc ducēta quinquaginta.  
Præterea Manethon primū in lapidicinas  
ejectos polluos, deinde ad Quarim habian-  
dam traductos, ac reliqua Aegypto bello ne-  
tata, tum demū acciūsse dicit a Hierosolymis  
auxilia: Charemon, Aegypto decedētes cir-  
ca Pelusium inuenisse trecenta octuaginta milia  
hominū ab Amenophi relicta, ac cum illis  
rursum Aegyptū inuasisse: Amenophisq; in  
Aethiopiā fugisse. Quod uero egregiū est, ne  
illud quidem quinam & unde erant tam nu-  
merosus exercitus dixit, Aegyptiū an ex-  
terni: neq; causam indicauit, ob quā eos rex in  
Aegyptū inducere noluit: qui de leprosis &  
Iside somniū cōfinxit. Moysi uero & Josephum,  
quasi eodem tempore simul expulsum Charemon  
adiūxit, et quidē quatuor citatibus ante Moy-  
sen defunctū, quarū sunt anni ferè cētu septua-  
ginta. Quin & Rhameses Amenophis filius,  
secundū Manetonē quidē adolescens bellū ad-  
ministrat cū patre, & cum eodem exulat fuga  
elapsus in Aethiopiā. Hic autē fingit cū post  
patris obitū in spelunca quadā natū, & postea  
pralio uictorē, & Iudeos in Syriam expellentē  
numero circiter C. C. milia. O facilitatē: neq;  
enī prius quinam erant illa C. C. L-X X. milia  
dixit, neque quomodo C. L X X. milia  
perierint: ipsi aciēne ceciderint, an ad Ramessē

transfigerint. Quod uero maxime mirū est, ne  
 cognoscere quidem ex eo licet, quos nā nocet Iu-  
 daos, uel utris eorū dei hāc appellationē: illisne  
 CCC. milibus leprosorū, an his CCCC. XX. X.  
 milibus, qua circa Pelusium erant. Sed stuleū for-  
 tasse sī redarguere eos, qui à semetip̄sis regar-  
 guntur sunt: ferendum enim erat ut cūq; si ab alijs  
 redargui fuissent. His addam Lysimachū, idem  
 quidē habentē cum pradiſtis argumentū men-  
 dacij, uerūm enormitate figmēti illos uincētem,  
 unde appareat eū magno odio confinxisse: dicio  
 enīm, Qua tēpestate Bocchoris in Aegypto re-  
 gnabat, populu Iudaorū, q̄ essent lepra, scabie,  
 & alijs quibusdā morbis infecti, ad tēpla cōfin-  
 gisse, ut mendicato alerentur: multis autē homi-  
 nibus morbo correptis, sterilitatē in Aegypto  
 accidisse. Bocchorim uero Aegyptiorū regē ad  
 Ammonē, scitatu oracula de sterilitate, misis-  
 se. Responsum uero à deo, repurgāda esse templo  
 ab hominibus impuris et impyis, ciculis eis ē tē-  
 plus in loca deserta. Ceterū scabiosos ac leprosos  
 mergendos, tanquā sole horū uitā agrefentem:  
 & templo expianda: atq; ita fore ut terra fru-  
 elum ferat. Bocchorim autem accepto oraculo,  
 accessusq; sacerdotibus ac sacrificis, iussisse col-  
 lectis impuratis, hos maliciibus tradi deportādos  
 in desertum: leprosos uero ac impeditinosos  
 plumbeis lambris involutos in pelagus: deūci:  
 quibus submersis, reliquos congregatos & in  
 loca

loca deserita expositos esse, ut perirent: eos habi-  
 to cōcilio cōsultasse de scipis: ex nocte superuen-  
 niente, accensis ignibus ac lucernis custodias  
 agitasse: sequentiq; nocte ieiunatū, ut numē pro-  
 pitiū eos seruaret. In sequenti uero lucca Mose  
 quodam consiliū datus, irene conferri una uia,  
 usq; dum ad loca culta perueniretur: tum pra-  
 cepisse eum, ne cui hominū in posterū benenoli  
 essent, utq; consiliū malum potius quā bonū da-  
 rent: deorumq; iempla ex altaria quoq; in-  
 uenirent eucrericē. Quibus cōprobatis ac desti-  
 natis, multitudinem iter fecisse per desertum, ac  
 post mulae incōmoda rādem ad loca culta per-  
 uenuerū. Tum uero ex hominibus iniuriose tra-  
 elatis, ex fanis compilatis ac incensis, uenisse in  
 eam que nunc Iudea dicitur: cōditāq; ciuitate  
 hic habitare, urbem uero iep̄ovla ex re nomi-  
 natam: aliquanto autē post iam auctos uitibus  
 mutasse nomen uitandi probri gratia, ex urbe  
 Hierosolyma, scipis Hierosolymos vocasse. Hic  
 non eundem quem illi inuenit regem, sed recen-  
 tius nomen confinxit: ex omisso somnio ac pro-  
 pheta Aegyptio ad Ammonem abiē de im-  
 peccinosis ex leprosis responsum relaturus: ait  
 enim ad impla collectam multitudinē Iudeo-  
 rum, incertum leprosis ne nomen imponens, an  
 q; solos Iudeos morbus occuparit: dicit enim,  
 populus Iudeorum. Qualis? aduena, an indige-  
 na? Cur igitur eos cūm sine Aegyptiū, Iudeos

nocas? Quòd si hospites sunt, cur undénam sine  
non dicas? Quomodo autem cùm rex eam mul-  
tos ex his mari mersisset, reliquos in loca deser-  
ta eiecisset, tanta multitudine superfuit? aut quo-  
modo pertransierunt deseritum. Et occupauerunt  
regionem quam nunc tenemus: Et consideruimus  
urbem, Et exstruxerunt templum apud omnes  
celebre? oportebat autem de legislatore non so-  
lum nomen dicere, sed et genus, quis nā, Et ex  
quibus ortus: quonobrem uero tales eis inec-  
cundū aggressus sive ferre leges, de dīs, etiā erga  
homines iniustas. Sine enim Aegyptiū erant  
genere, non tam facile paucos mores mutare po-  
tuerint, sive aliunde erant, omnino aliquas ha-  
bebant leges longa consuetudine obseruatae. Si  
igitur de expulsoribus suis iurassent, nunquam  
sc illis fore benevolos, rationem non absurdam  
habuissent. Quòd si bellum interneциum ad-  
uersus uniueros mortales suscepérunt, cùm es-  
seni (ut ipse ait) miseri, Et omnium opis egeni,  
maxima stolidia non illorum, sed hac fingens  
ostēditur. Iste nāq; etiā nomen imposuit ciuitati  
à templorū spoliatione, præsumpsit dicere, et hoc  
postea fuisse mutatum. Mirū nī, quia posteris qui-  
dē turpe fuit tale nomen Et odiosum: ipsi uero  
qui fundauere urbē, ornare se uelipos etiā no-  
cabulo credidere. Hic autē generosus uir præmi-  
mia detractionis impotēria non intellexit, Hic  
rosolyma non idem uoce iudaica quod Graeca

sig

*significare. Quid ergo amplius quilibet diceres  
contra mendacium tam impudenter expositum?  
Sed quoniam congruam iam magnitudinem su-  
sccepit hic liber, aliud faciens principium, cate-  
ra praesentis operis explanare teneabo.*

F L. I O S E P H I D E  
A N T I Q U I T A T E I V D A E O-  
r u m c o n t r a A p i o n e m A l e x a n-  
d r i n u m , ad Epaphroditum,

L I B R I I .



R I O R I quidē volumine, cha-  
risſime mēhi Epaphrodite, de  
antiquitate noſtra monſtraui.  
Phoenicū & Chaldeorū, Ae-  
gyptiorūq; literis ſatisfaciēs ne-  
ritas: muleosq; Gracorū cōſcripeores adducēs.  
& meā ē diuerſo diſputationē aduersus Mane-  
chonē, & Charemonem, & alios quosdā exhi-  
bui. nunc autem inchoabo reliquos arguere, qui  
contra nos aliqua conſcripsere. Impulſus enim  
ſum cōtra Apionē respōdere grāmaticū, ſi ta-  
mē qſsumi hoc oportet officiū. Horū igitur, que  
ab eo cōſcripea ſunt, alia quidē ſimilia ſunt di-  
ctis aliorum, alia ualde frigida. Plurima uero  
quādā tātūmodo detractionē habētia, & mul-  
ta (ut ita dixerim) ineruditati probationē, tāquā  
ab homine cōpoſita. & moribus prano, & re-  
ciuita ſua temporibus imporenuo. Quia uero;

V N S      muleos

multi hominū propter stultitiam suam his potissimum sermonibus capiuntur, q̄ illis qua multo studio cōscribantur: Et derogationibus quidem gaudet, preconys uerò mordet, necessariū duxi ne hūc quidē inscrutatum relinquare, qui nos tanquam in iudicio criminatur. Etenim hoc quoq; plerisq; mortaliū insū uideo, ut gaudante quoties maledicus quispiā ipse sua mala à laceſito audit. Et quidē nec orationē eius legere facile est, neq; aperte cognoscere quid dicere uelit: sed nescit in multa tumultuatione ac mendaciorū perplexitate nūc similia supra pensiaris de maiorum nostrorū ex Aegypto migratione affici: nunc incolas Alexandria Iudeos calūniantur: insuperq; de sacris r̄epli nostri ceremonijs atq; alijs ritibus nostris accusationem admiscerit. Parentes igitur nostros nec Aegyptios genere fuisse, neq; ob labem corporum aut similem alieni calamitatē inde pulsos, non mediocriter solū, sed penè uera modum, superius à me declaratum existimō: ceterū que his adiungit Apion, compendio memorabo. Dicit enim in tertio rerum Aegyptiacarum hac: Moses, ut acceperit a grandioribus natu Aegyptijs, Heliopolitanus erat, qui patrijs instinentis morib. subdiviales precatio[n]es ad sepe[re]a qualia ciuias habebat, reduxisse ad subsolanū autē omnia cōserbat. ita enim Heliopolis sita est: p obeliscis uero statuit columnas, sub quibus cœn[pelvis] forma exp

exprimebatur: umbra uero in eam incidet, ut posse per sudum, cuncte semper cum sole cursum circumvoluerat. Neque huiuscmodi est admiranda illa huius grammatici phrasis. Mendacium uero eius non tam nostris verbis evidenter coarguitur, quam Moseos operibus: neque enim cum primus tabernaculum Deo construeret, aut ipse nulla talis formam ei indidit, aut posteros facere pracepit: atque is qui postea templum Hierosolymis construxit Solomon, omni tali curiositate abstinuit, quale confinxit Apion. Accepisse autem se dicit a maioribus nam Mosen Heliopolitanum: scilicet ipse junior, sed his fidem habens, qui per etatem illum familiariter nuerat. Et de Homero quidem poeta, quem grammaticus, non posset quemadmodum cius suus patria certe affirmare, neque de Pythagora tantum non heri nudiusue tertius natus: de Mose uero eam multis annis illos precedere tam facile decernit, credens seniorum relationem: unde manifeste illum metiri apparet. Quin et temporum ratio, quibus Mosen ait eduxisse leprosos et eccos et claudos, belle concinit iuxta grammaticum hunc diligenterissimum. Manebant enim regnante Tethmosi Iudeos dicit ex Aegypto discessisse, annis CCCXCI. antequam Danaus apud Argos exularet, Lysimachus autem tempore Bocchoris regis, hoc est ante annos M. DC. Molon uero est alij quidam, ut cuique uisum est. At uero Apion cateris fide dignior, exacte illum exitum definivit

VI. Olympiade. Et buiū anno primo: quo, nō  
 ait. Poeni Carthaginē considerue. Carthaginū  
 auctem mētione adiecie, ratum argumentū id  
 veritatis se habiturū evidentissimum: nec anti-  
 maduerit à semetipso adductū quo coargue-  
 resur. si enim de hac colonia monumentis Phœ-  
 nicū credendū est, in illis Hirā rex traditur an-  
 eiquior Carthagine cōdita annis plus quam cæ.  
 de quo superius ex Phœnicū cōmentarijs pro-  
 bavi, q̄ Solomon templi Hierosolymitanē con-  
 ditori amicus fuerit, Et multa ad templi fabricā  
 cōtulerit. Solomon uero adificauit templum post  
 Iudeorū discessum ex Aegypto annis DCXII.  
 Porro numerū pulsorū eundē quē Lysimachus  
 cōmenitus (ait enim c. Et x. corū fuisse millia)  
 miram quandā Et credibile reddit causam, cur  
 sabbatum nominaeū sit. Exacto enim (inquit)  
 sex dierū itinere, inguinū ulceribus affecti sum:  
 Et hac de causa septima dic quienerū, incola-  
 mes cōstituti in regione que nūc Iudea voca-  
 tur: Et appellauerū eam diē sabbatū, seruata  
 Aegyptiorū noce: nam inguinis morbus Aegyptij  
 vocat sabbatism. An nō igitur uel de-  
 ridenda hac nugacitas, uel cōtra odio habenda  
 salis inscribendo impudencia? Apparet enim  
 q̄ omnes inguinibus laborauerine. hominum  
 millia ceneū Et decem. Si quis si erant caci Et  
 clandi Et morbi, quales fuisse xpion ait, ne  
 unius quidens diei iter progredi posuissent: sum  
 auctem

enam poserat per magnā solitudinē proficisci,  
prætereaq; sibi obſtaculæ nincere populariter  
repugnando, ne quaquam uniuersi post sextā diem  
inguinum morbo correpti fuissent. Neq; enim  
naturaliter tale quippiā euenire iter agentibus  
necessæ est, sed plurimorū militū exercitus defi-  
nitæ semper itinera peragunt: neq; temerè ita ac-  
cidisse uerisimile uidetur, est enim omnino ab-  
ſurdū. At uero mirificus hic Apion sex qui-  
dem diebus eos peruenisse in Iudeam predixit:  
vurus autē Moſen cōſcenſo morte, qui Aegy-  
ptum inter egyptiā Arabiam fuit, nomine Si-  
neus, quadraginta diebus deliuuisse dicit, indeq;  
descendente Iudeis leges dedisse. Aequi quo-  
modo poſſibile est, eosdē et quadraginta dies in  
deserto ac in aquoso loco manere, egyptiā  
medio ſpatiū eſt, id totū ſex diebus pertransire?  
Sabbati uero appellationis grammatica ratio-  
quā adſert, multā impudētiā prafte fert, uel cer-  
te magnā impericiam. Nam he uoces Sabbo egyptiā  
Sabbati, inter ſe maximē differunt. Sabbatum  
enim ſecundū Iudaos quies eſt ab omni opere.  
Sabbo uero, ut ille affirmat, Aegyptiū inguinū  
morbum ſignificat. Tales quasdā de Moſe egyptiā  
Iudaorū ex Aegypto profectione Aegyptiū  
Apion nouitaires finxit, præter aliorū comen-  
dus amicitia. Et quid mirū ſi de noſtriſ men-  
ſiur paribus? quandoquidē de ſe ipſo conra-  
mencius eſt: egyptiā in Oasi Aegypti, pri-  
mā

mās iste Aegyptiorū existimatūs, necā quidē  
 patriā & genus suum abiurauit: Alexandri-  
 um autē sc̄ mētūs, confirmat generis sui pra-  
 uitacē. Meritō igitur quos odit & cōsueūs insc-  
 elatur, eos Aegyptios appellat: nisi enim pessi-  
 mos esse existimaret Aegyptios, semet ex eorū  
 genere haud eximeret: quandoquidē qui se de  
 celebritate patrie iactat, honorificū quidē du-  
 cunt ab ea denominari, coarguunt uero eos, qui  
 prae*ter* ius in eandē sese ingerere conātur. Erga  
 nos autē alterutro modo affecti sunt Aegypti:  
 aut enim cēn gloriabundi cognatos se simular,  
 aut participes nos infamia sua cooptant. At  
 preclarus iste Apion uidetur coniunctiōs ans  
 nostrum insectationē, quasi mercedem uoluisse  
 reddere Alexandrinis, pro data sibi ciuitate:  
 sciensq; eorū cum habitatoribus Alexandria  
 Iudeis similitatē, proposuit quidē illis coniūn-  
 facere, una tamē comprehendit relictos quoq;  
 uniuersos, uerobiq; impudēter mentiens. Videan-  
 mus igitur, quanam sine illa grania & non se-  
 renda, de quibus habitatores Alexandria Iu-  
 daos accusat. Venientes, inquit, è Syria, sedes fi-  
 xerunt ad importuosum mare, undarum uicini  
 assuleibus. Ergo si locus opprobrium habet, nō  
 quidem patria sua sed tamē quā patriā dicit,  
 Alexandria cōniciatur. Illius enim & mariti-  
 ma ora pars est, ut omnes cōfirmare ad inhabi-  
 tandum optima: quā si Iudei per uim occupa-  
 uerant

merunt, ita ut ne post quidem cūcerentur, foris  
eudinis eorū argumentū est. Verū Alexander  
eis locum ad incolendū dedit, & parē cū  
ipsis à Macedonibus honorē cōsecuti sunt. Ne-  
scio autem quid dicturus fuerit Apion, si cir-  
ca Necropolim habitassent, ac non circa regiā  
sedes posuissent, & hodieq; corū tribus appell-  
laretur Macedones. Igitur si legit epistolam  
Alexandri regis, Ptolemaiq; Lagi ac successo-  
rum illius Aegypti regum, & columnā stan-  
tem Alexandria ac iura continēt que Casar  
magnus Iudeis cōcessit: hēc, inquā, si sciens, con-  
traria scribere ausus est, malus erat: fin autē ni-  
hil horum nouit, indoctus. Illud quoq; quod se  
mirari dicit, q; cū Iudei essent, Alexandrini no-  
cati sunt, similiis insciētē est. Omnes etenim q; ad  
coloniā aliquā deuocant, et si plurimū ab alter-  
niris genere differat, a cōditoribus appellationē  
accipiūt. Et qd opus est de alijs dicere? nostrorū  
enim ipsorū hi, q; Antiochia inhabitāt, Antio-  
cheni nominātur. Ius enim ciuiū eis dedit cōdi-  
tor Seleucus. Similiter et qui in Epheso cōmo-  
rantur, & alia Ionia cum ciuib; exinde natis  
eandē appellationē habēt, hēc prabentibus eis  
regni successorib;. Romanorū uero clementia,  
cunctis non parvulū donū appellationis sua con-  
cessit, non solum uiris singulis, sed etiam maxi-  
mis gentibus in communi. Hispani deniq; an-  
tiqui, & Tyrrheni, & Sabini, Romani uocan-

eur. Si uero hunc modū auferet cōmunis ciuitatis  
 apion, desinat semper ipsum Alexandrinū  
 dicere. Natus enim in intima Aegypto, quo-  
 modo erit Alexandrinus, iure ciuitatis, siue  
 ipse in nobis dicit, ablatu? cum solis Aegyptijs  
 nunc orbis domini Romani, participari cuiuslo-  
 bet ciuitatis interdixisse videatur. Hic autem  
 praeclarus dignitates quas ipse imperare pro-  
 hibetur ad ipsiū nō ualens, calumniari conatur  
 eos qui hac iustissimè percepere. Non enim pro-  
 pter inopiam habitatorum ciuitatis, quā studiose  
 adiſicabat Alexander, nostrorū aliquos ibi col-  
 legit: sed omnes approbans diligenter ex uire  
 ac fide dignos inuenieſ, hoc praconiū nostris  
 exhibuit, cum gentē nostrā studeres nō medio-  
 criere honorare. Ait enim Herodotus, quia pro-  
 pter māſuetudinē atq; fidē, quā ei prebuere Iu-  
 dei, Samariā regiōne adiecit, ut eā ſine tributio  
 haberent. Similiter quoq; ſenſit post Alexan-  
 drum etiā Ptolemaeus Lagi de Iudeis in A-  
 lexandria cōmoranibus. Nam Aegyptiaca eis  
 eaſtra cōmisit, arbitraeſus fide ſimileorū ei for-  
 tiendine conſeruanda: & in Cyrene credens ſe  
 autiſsimè regnauerū, & in alijs Libye ciuitati-  
 bus, ad ea loca partē Iudeorū habitanſi cauſa  
 direxit. Post hunc autē Ptolemaeus, qui Phila-  
 delphus eſt appellatus, nō ſolum ſi qui fuere co-  
 peini apud eos noſtrorū, omnes abſoluit, ſed &  
 pecunia eis ſapiuſ condonauit: & (quod ma-  
 ximum)

ximum est) desiderauit agnoscere nostras leges.  
 & sacrarū scripturarū uolumina concipiuit:  
 misitq; rogans destinari uiros qui ei in eripe-  
 carentur legē: ex ut hæc apprimè conscriberen-  
 tur, diligentia hanc cōmisit nō quibuscumq; ni-  
 ris, sed Demetrium Phalereū, & Andream,  
 & Aristonū, quorū eruditione sui seculi De-  
 metrius facile princeps erat, alij uero habebant  
 custodiā corporis sibi creditā, huic cura prefe-  
 cit. Non enim leges, & patrū nostrorū philo-  
 phiam discere cōcupisceret, si his utentes despici-  
 eret, ex non potius ualde miraretur. Apion  
 autē penè omnes in ordine successores eius Ma-  
 cedonū reges ignorauit habuisse erga nos prae-  
 cipnū familiaritatis affectū. Tiriū namq; Pto-  
 lemaeus, qui vocatur Euergetes, fortiter obtinēs  
 Syriam uniuersam, non dijs Aegyptiacis pro-  
 nictoria solennitates gratificas immolauit: sed  
 ueniens ad Hierosolymam, multas hostias sive  
 nostri moris est, Deo gratificauit, dignissimaq;  
 dicauit ornamēta nictoria. Philometor autē  
 Ptolemaeus, et eius uxor Cleopatra, omne regnū  
 cōmiserū Iudeis: & duces totius fuere militia  
 Onias & Dositheus Iudei: quorū nominibus  
 derogat Apion, cū debuisset opera eorū potius  
 mirari, & gratias agere, quoniam liberauere  
 Alexandriam, cuius ciuiis uideri uali. Nam  
 dum rebellio surrexisse in Cleopatra regno, &  
 periculum pessima perditionis instaret, iſlorum

labore cinitas intestinis pralys est crepea. Sed postea, inquit, Onias ad urbem deduxit exercitum parvum, cum esset illuc Thermus praesens Romanorum legatus: quod (ut ita dicatur) recte aequaliter factum est. Ptolemeus enim, qui cognomatus est Physcon, moriatur suo pare Ptolemaeo Philometore, egressus est de Cyrene, uolens regiam Cleopatra expellere, et filios regis, ut ipse regnum iniustè sibi met applicaret: properat hac ergo Onias aduersus eum bellum pro Cleopatra suscepit: et fidem quam habuit circa reges, ne quaquam in necessitate discruit. Testis autem Deus in fistula eius manifestus apparuit. Nam Physcon Ptolemeus cum aduersum exercitum quidem Onias pugnare prasumeret, omnes uero Indiaos in ciuitate posuos eum filiis et uxoribus capiens, nudos atque uitiosos elephantis subiecisset, ut ab eis cōculcari deficeret, et ad hoc etiam bestias ipsas inebriasset, in contrarium que preparauerat, eneare. Elephati enim relinquentes sibi apposuos Judeos, imperio facto super amicos eius, muleos ex ipsis interemere. Et post haec Ptolemaeus quidem aspectum terribilem conceperatus est, prohibenter se ut illis nocere hominibus. Coccubina uero sua charissima (quam alijs quidem Ichacam, alijs uero Hirrenen denominant) supplicante ne tantum impietatem perageret, et cocessit, et ex his quae egerat uel acturus erat, poenitentiam egit. Unde recte hanc diem Indes Alexandria constituti,

eo quod aperte à Deo salviē promeruere, celeb-  
rare noscuntur. Apion autē omniū calūnia-  
tor, etiam proprius bellū aduersus Physconē ge-  
stum, Iudeos accusare præsumpsit, cùm eos lau-  
dare debuerit. Is autē etiam ultimā Cleopatre  
reginae Alexandrinorū meminit, ueluti nolis  
improperans, quoniam circa nos fuit ingrata: et  
non potius illam redarguere studuit, cui nihil  
omnino iniustitia & malorū operū defuit: uel  
circa genbris necessarios, uel circa maritos suos,  
qui etiā dilexerint eam, uel in cōmuni cōtra Ro-  
manos omnes, et benefactores suos imperatores,  
qua etiā sororē Arsinōē occidit in iēplo, ni-  
hil sibi nocentem. Peremit autē & fratre insi-  
diis: paternosq; deos, & sepultra progenitorum  
depopulata est. Percipiensq; regnū a primo Ca-  
sare, eius filio & successori, rebellare præsum-  
psit. Antoniumq; corrumpēs amatorūs reb̄is  
& patria inimicū fecit, & infidele circa suos  
amicos insluit, alios quidē genere regali spo-  
lians, alios autē demens ad mala gerenda com-  
pellens. Sed quid oportet amplius dici, cùm illū  
ipsum in nauali certamine relinques, id est ma-  
ritum & parentē cōmunium filiorū, tradere cū  
exercitu principatū, & se se qui coēgit? Non iste  
me uero Alexandria à Cēsare capta, ad hoc  
usq; perducta est, ut saltē hinc sperare se iudi-  
care, si posset ipsa manu sua Iudeos perimere:  
eo & circa omnes crudelis & infidelis extaret.

Putas' ne gloriandum nobis nō esse, si quemadmodum dicit Apion, famis tēpore Iudeis tristis nō est mensa? Sed illa quidē pœnā subiit competentē. Nos autē maximo Cesare usimur seſſe auxiliū, atq; fidci quā circa cū cōtra Aegyptios gestimus: necnon & senari eiusq; consuliſ, & epiftolis Cesaris Augusti, quibus nostra merita cōprobantur. Has litteras Apionē oportebat inspicere, & secundū genera examinare testimonia sub Alexādro facta, et omnibus Ptolemeis, & que à senatu cōſtientia sunt, necnō & maximis Romanis imperatoribus. Si uero Germanicus frumenta cunctis in Alexandria cōmorātibus metiri nō potuit, hoc indicium est sterilitatis ac penuria frumentorū, non accusatio Iudeorum. Quid enim sentiunt omnes imperatores de Iudeis in Alexandria cōmorātibus, palam est: nam administratio tristici nihilo magis ab eis, quā ab alijs Alexandrinis translata est. Maximā uero eis fidē olim à regibus datā cōſervare, id est, fluminis custodiā, totiusq; custodia, nequaquam his rebus indignos esse iudicantes. Sed super hoc, Quomodo ergo, inquit, si sunt ciues, eosdē deos, quos Alexandrini nō colunt? Cui respondeo: Quomodo etiā cū nos sumus Aegyptiū, inter alterueros prallio magno & sine fædere de religione cōcendi eis? aut certè properea non nos omnes dicimus Aegyptios, & neq; cōmuniter homines, quoniam

niam bestias aduersantes natura colitis, multa  
 diligētia nutrīctes? cū genus uicq; nostrorum  
 nū atq; idem esse uideatur. Si autem in uobis  
 Aegyptiūs tanta differētia opinionū sunt, quid  
 miraris super his, qui aliūde in Alexandriam  
 aduenierūt, si legib[us] à principio cōstitutis, cir-  
 ea talia permāserē? Is autē seditionis causas no-  
 bis apponit: qui si cū ueritate ob hoc accusat Iu-  
 daos in Alexādria cōsticuos, cur omnes non  
 culpare possit, eo q[uod] noscamur habere cōcordiā?  
 Porrò etiā seditionis autores, quilibet inuenire  
 Apionis similes Alexandrinorū fuisse ciues.  
 Donec enim Graci fuere ex Macedones hanc  
 ciuitatē habentes, nullā seditionē aduersus nos  
 gessere, sed amīquis cessere solēnitatibus. Cū uer-  
 ro mulierudo Aegyptiorū crevisset inter eos,  
 propter cōfusiones rēporū, etiā hoc opus semper  
 est addiū. Nostrū uero genus p[ro]mansit purū. Ipsū  
 igitur molestia huius fuere principiū, ne quaquam  
 populo Macedonicā habēre cōstantiā, neq; pri-  
 dentiā Gracā: sed cūctis scilicet uictibus malis  
 moribus Aegyptiorū, & antiquas inimicitias  
 aduersum nos exercētibus. E diverso nāq; fa-  
 cium est quod nobis improprietate præsumūt: nā  
 cū plurimi eorū nō opporūnē ius eius ciuita-  
 tis obtineant, peregrinos vocāt eos qui hoc pri-  
 nilegiū ad omnes impeirasse noscuntur. Nam  
 Aegyptiūs neq; regū quisquā uideatur ius ciui-  
 tatis fuisse largius, neq; nūc quilibet imperato-

sum. Nos autem Alexander quidem introduxerat,  
 reges autem auxiliare, Romani uero semper custodi-  
 re dignari sunt. Itaque derogare nobis spacio no-  
 luit, quia imperatorum non statuamus imagines,  
 tanquam illus hoc ignorantibus, aut defensione  
 Apionis indigentibus: cum potius debuerit ad-  
 mirari magnanimitatem modestiamq; Romanorum,  
 quoniam subiectos non cogunt patria iura transcen-  
 dere: sed suscipiunt honores, sicut dare offerentes  
 prius atque legitimum est. Non enim honoribus gra-  
 tiam habent, qui ex necessitate et violentia con-  
 feruntur. Grecis itaque et alijs quibusdam, bonum esse creditur imagines instituere. Denique  
 et patrum et uxorum filiorumque figuram depin-  
 genes exultant: quidam uero etiam nihil sibi com-  
 petentiū sumunt imagines: alijs uero et seruos di-  
 ligentes, hoc faciunt. Quid ergo mirum est, si etiam  
 principibus ac domini hunc honore prabere uis-  
 deatur? Porro autem legislator: non quasi prophe-  
 tans Romanorum parentiam non honorandam, sed  
 tanquam causam neque Deo neque hominibus uile  
 despiciens, et quoniam totius animati, multo ma-  
 gis Dei inanimati, probatur hoc inferius, inter-  
 dixit imagines fabricare. alijs autem honoribus  
 post Deum colendos non prohibuit uiros bonos, qui-  
 bus nos et imperatores et populum Rom. di-  
 gnitatis ampliamus. Facimus autem pro eis conti-  
 nua sacrificia: et non solum quotidianis diebus  
 ex impensis communis omnium Iudeorum talia

celebramus: necum cū nullas alias hostias ex  
 cōmuni, neq; pro filiis peragamus. solis impera-  
toribus hunc honorem precipuum pariter exhibe-  
bemus, quem hominum nulli persoluimus. Hac  
 itaq; communiter satisfactio posita sit aduersus  
 Apionem pro his qua de Alexandria dicta  
 sunt. Admiror autem etiam eos, qui ei huius-  
 modi somnem præbuere, id est, Posidonium &  
 Apollonium Molonis: quoniam accusant qui-  
 dē nos, quare nos eosdem deos cum alijs non co-  
 limus: mētientes autē pariter, & de nostro tēplo  
 blasphemias cōponētes incongruas, nō se putans  
 impīe agere, cūm sic ualde turpisimum liberis,  
 qualibet ratione mentiri, muleo magis de templo  
 apud cunctos homines nominato, tanta sanctita-  
 te pollēte. In hoc enim sacrario Apion præsum-  
 psit edicere, asini capui collocasse Iudeos, & eū  
 colere, ac dignum facere tantarreligione: & hoc  
 affirmat fuisse de palatū, dum Antiochus Epi-  
 phanes & ex spoliasset templum, & illud capue-  
 innenisset ex auro compositum multis pecunij  
 dignum. Ad hoc igitur primum quidē respon-  
 deo, quoniam Aegyptius uel si aliquid tale  
 apud nos fuisset, nequaquam debuerat increpare.  
 Cām non sit deterior asinus furonibus & hircis  
 & alijs, qui sunt apud eos dij. Deinde quomodo  
 nō intellexit, operibus increpatus de incredibili  
 suo mēdacio. Legibus nāq; semper uitimur iſdē,  
 in quibus sine fine consistimus. Et cū uarij casus

nostram civitatem, sicut etiam aliorum nesci-  
rius. *C* Theos ac Pompeius Magnus, ac Licio-  
nius Crassus, et ad nonissimum Titus Cesar, bello  
vincentes obtinuerint templum, nihil huic mō-  
di illuc inuenere: sed purissimā pietatem, de qua  
nihil nobis est apud alios effabile. Quia uero  
Antiochus neq; instam fecit templi depradatio-  
nem, sed egestate pecuniarū ad hoc accessit, cū  
non esset hostis. *C* socios insuper nos suos *C*  
amicos aggressus est, nec aliquid dignū derisione  
